

THOMAE SERRANI VALENTINI

SUPER JUDICIO HIERONYMI TIRABOSCHII

DE M. VALERIO MARTIALE,

L. ANNAEO SENECA,

M. ANNAEO LUCANO,

Et aliis argenteae aetatis Hispanis

AD CLEMENTINUM VANNETTIIUM

EPISTOLAE DUAЕ.


*Fugat nubes, Solemque reducit. AER. I.*



EXCUDEBAT JOSEPHUS RINALDUS

FFRARIAE ANN. CID. ID. CC. LXX. VI.

*Superiorum Permissu.*



JUDICIUM HIERONYMI TIRABOSCHII

D E

MARCO VALERIO MARTIALE,

[*Hist. Lit. Ital. T. II. L. I. c. XXVII. & XXVIII.*]

» **P**lausibus Romae, honoribusque est af-  
» fectus, sic tamen, ut ditior inde non  
» discesserit, atque adeo a Plinio Junio  
» re pro amicitia, grataque quorundam versi-  
» culorum, quos in ejus laudem composuerat,  
» memoria, viatico adjutus fuerit, ut ipse Pli-  
» nius narrat in epistola, quam audita Mar-  
» tialis morte ad Priscum misit. In qua quidem  
» admodum honorifice de hoc Poeta scribit :  
» erat, inquit, homo ingeniosus, acutus, acer,  
» & qui plurimum in scribendi & salis habe-  
» ret, & fellis, nec candoris minus. Et vero

A 2

» Mar-

4  
 33 Martialem haud mediocrem a natura ad pos-  
 33 sim indolem esse consequurum, ingeniumque  
 33 habuisse iis facultatibus praeditum, quas in eo  
 33 agnoscit Plinius, nemo, opinor, negaverit.  
 33 Sed illud demum quaeri debet, utrum recte,  
 33 an perverse uteretur tali ingenio. Hic quo-  
 33 que suam quisque in iudicando rationem sequi-  
 33 tur; nec quidquam est inutilius, quam eum,  
 33 qui de auctore quopiam semel bonam opi-  
 33 nionem imbiberit, velle subito ad contrariam  
 33 traducere. Equidem illud unum annotabo,  
 33 saeculo XVI., quum omnium opinione optimus  
 33 in Italia gustus floreret, exiguo in honore  
 33 Martialem fuisse, vixque dignum habitum,  
 33 qui cum Carullo conferretur. Nota est in pri-  
 33 mis annua illa caerimonia, qua vir clarus  
 33 Andreas Naugerius aliquot hujus Poetae exem-  
 33 plaria stato die Vulcano sacrificabat. (*Jovius in*  
 33 *ejus Elogio*) Giralduſ etiam generaliter affirmat,  
 33 (*de Poet. Hist. Dial. X.*) nec omnia, nec plu-  
 33 rima Martialis epigrammata ejus aetatis do-  
 33 ctis placuisse, seque nonnulla selecturum fuisse  
 33 dicit, quae digna lectione existimasset, reliqua  
 33 falsamentariis ad amiciendas merces permissu-  
 33 rum. Praeterito saeculo quum argutiarum stu-  
 33 dio ingeniorum praestantia aestimabatur, sum-  
 33 mo in honore Martialis erat; nec quisquam, qui  
 33 Latinum, aut Italicum epigramma sine acumis

33 ne-

5  
 33 ne conclusisset, inepti, ac plebeji poetae no-  
 33 tam effugiebat. At sano renascente gustu;  
 33 iterum Martialis cecidit; & vero ego arbi-  
 33 tror, futurum, ut nostrae aetatis poeta, si cum hoc  
 33 Auctore deprehenderetur; erubesceret. Neque  
 33 tamen negari debet, aliquot apud Martialem  
 33 exstare singularis leporis epigrammata; unde  
 33 omnis sententiarum affectatio absit, omni-  
 33 que illa ambiguitatum futilitas, in qua cae-  
 33 teroqui multus est: ut nihil de obscenitate di-  
 33 cam; qua nimium impudenter suos versus  
 33 saepe inquinavit. De Martialis igitur epigra-  
 33 matibus nemo fortasse rectius judicavit, quam  
 33 Martialis ipse pervulgato illo versu: (*L. i.*  
 33 *Epigr. XVII.*)  
 33 *Sunt bona, sunt quaedam mediocria, sunt mala*  
 33 *plura:*



A 3

THO

CLEMENTINO VANNETTIO SUO S. P. D.

**M** Alfattus noster legit mihi nescio quid epistolae tuae, eum, inquam, locum, quo Literariam Tiraboschii Historiam summis effers laudibus, & praeterea petis ab eo, ut meum de hoc cl. Auctore iudicium exquirat, in iis praesertim, quae de Martiale, Seneca, & Lucano scribit. Atqui nihil necesse est meum super hac re iudicium quaerere; jam pridem illud literis latissime consignavi, quae brevi fortaesse publici juris erunt. Nunc illud leviter tangam. Ea, quae de Martiale tamquam ex tripode oracula pronunciat Tiraboschius, omnia esse falsa, nec ab homine mediocriter erudito sine risu excipienda. Sacrificium Naugerianum mera fabula, a Paulo Jovio conficta, a Famiano Strada ornata, & ab omnibus fere, qui hos subsequuti sunt, totidem fere verbis, ut sit, transcripta. Novum id videri poterit; at quicumque rationes nostras, quibus illud firmavimus, & Jovii vel dolum, vel errorem deteximus, viderunt, fatentur uno ore, rem esse plane demonstratam. Jam quum nullo in honore fuisse apud Italos Poetam toto saeculo XVI. scribit

Ti-

Tiraboschius, illud unum mihi viderur probare, se Epigrammatarios Italos illius saeculi non legisse; quum inter illos quadraginta, & eo amplius sint, si bene memini, qui Martialem diligentissime sint imitati. Omitto iudicium Ludovici Vivis Valentini, qui eo saeculo floruit, & optime omnium in his rebus iudicare creditus est. (a) Omitto sexcenta alia, quae si Tiraboschius vidit, malae fidei; sin autem, summae levitatis arguendus est, qui tam tenuiter viaticarus ad scribendum accesserit. Porro Martialis causa non eiusmodi est, ut de illa liceat Tiraboschius iudicare. De ea iudicavit argenteum saeculum; in quo scribebat, & in quo Coci, & muliones melius de his rebus iudicabant; quam qui hodie familiam ducunt in Literis, ut utar Mureti verbis. Scio, huiusmodi Mureti iudicium parum Martiali favere; verum & illud scio; Mureti iudicium Iusto Lipsio iudicii dissimile videri; Adriano Turnebo valde displicere; ab innumeris aliis doctissimis viris ut insubidum, & insanum explodi. Quae autem ex Giraldo affert idem Tiraboschius, non me movent; & cur me move-

A 4

ant?

(a) Ex Martiale obscena rejicienda: in reliquo, testimonio Plinii Caecilii credamus. L. III. de trad. Discipl.

ant? ut enim scriptum reliquit Julius Caesar Scaliger, nemo pejus de poetis judicavit, quam qui de eorum vitis scripsit. Miror omisit Tiraboschium verba, quae hodie plerique (b) Giraldo tribuunt; nimirum Martialis epigrammata placere non posse, nisi Asinis. Fortasse religio illi fuit in censum Asinorum adscribere Plinius, Suras, Parthenios, Turanios, & id genus alios antiquorum. Fortasse non ausus est inter Asinos numerare Pomponios, Calderinos, Perottos, (c) Casanovas, & similes, qui saeculo XV. ex hujus poetae maxime Libris & gustum in Literis, & Linguae Latinae delicias renovabant; adeo, ut qui auctores ejus saeculi atrente legerit, facile videat, Latinae Linguae, quam hodie quidem habemus, parentem si non unicum, certe praecipuum esse Martialem. (d) Nisi forte de Auctoribus renascentium Literarum

(b) Quadrius, Barbadignus, Popeblundius.

(c) Excessit facundia, acumine, copia, suavitate, salibus omnes, qui ante, & post eum carmina scripserunt. Nic. Perottus in vita Martialis.

(d) Id praecipue constat ex Cornucopia Linguae Latinae, seu Commentario in Martialem ejusdem Perotti, unde Ambrosius Calepinus, atque alii Lexicographi optima quaeque sumpserunt.

rum minus sollicitus Tiraboschius, sibi tamen persuadere non potuit, asinos fuisse Sannazarios, Politianos, (e) Crinitos, Scaligeros, Raderos, Lipsios, Turnebos, Grotios, Farnabios, Vavassorios, Juventios, (f) Morhoffios, Funcios, qui omnes, alique non minoris famae hunc Hispanum Poetam in caelum ferunt, sic, ut eorum alii ipsi Catullo longe anteponant; alii Graecis, & Latinis, quotquot sunt, omnibus praeferant; alii eum unice iis, qui epigrammata scripturi sunt, legendum praecipiant; alii totam artem epigrammaticam ex iis fere, quae in illius epigrammatis observata sunt, natam putent (g). Quidquid igitur horum sit, habeamus gratiam Tiraboschio, quod tam lepido dicto, nam sic insultatam illam plusquam scurrilem appellat nescio quis, (b) uti noluerit in Martialem; tamen ea, quibus utitur, nihilo sunt

(e) Sannazarius, & Politianus duo ex optimis epigrammaticis, Martialis imitatores.

(f) Omitto recentiorum de illo testimonia plena dignitatis, quibus adspulatur consentiens omnium aetatum fama. Juv. in vita Mart.

(g) Franciscus Vavassor in Libro de Epigrammate.

(b) Barbadignus, vel quisquis sub hoc nomine latere voluit in epistola de Poesi.

funt valentiora. Vide, me diutius, quam putaram, in uno Martiale immoratum; & tamen transilire non possum pulcherrimam nuperi Scriptoris animadversionem. Ait, inquam, Tiraboschius, observasse se, Poetam nostrum iis saeculis, quibus gustus in Literis maxime fuerit incorruptus, nullo in pretio fuisse; contra vero illis, in quibus corruptissimus, summo fuisse in honore. Sic saeculo XVI. profus jacuisse; saeculo autem XVII. omnibus in deliciis fuisse; nostro denique saeculo ita despectui haberi, ut si quis cum hoc Auctore deprehenderetur, valde erubesceret. O animadversionem ridiculam! Erubescerem ego quidem, si in hac literarum luce tam futilis ineptia mihi vel stertenti excidisset. Tria sane continet jucundissima animadversio, peraeque falsa omnia. Nani neque saeculo XVI. despectus Martialis fuit, ut superius ostendimus; neque saeculum XVII. clarissimis Criticis, & Poetis caruit, in Gallia praesertim, & Baravia; ac de Gallis hujus saeculi doctissimis testatur Franciscus Vavassor cum bonus poeta, tum optimus ipse Criticus, summopere omnibus Martialem placuisse, & ob eam causam se ad ejus lectionem accessisse (i). De

Ba-

(i) Satis mihi futurum, si M. V. Martialem legerem

Baravis vero, ut alios mittam, valde peregrinus sit in re literaria, qui quanti nostrum faceret, quantum illius lectionem omnibus, quibus epigrammata facienda essent, commendaret Grotius, ignoret (l). Ac ne nostrum quidem saeculum a Martialis lectione, & gustum sic abhorret, ut Tiraboschio videtur. Daniel Morhoffus, Thomas Popeblundius, Nicolaus Functius, Dominicus Decolonia, Josephus Juventius vix ulli superiorum aetatum in laudando lepidissimo, & ingeniosissimo poeta concedunt. Et quidem Morhoffus, quod alii ante ipsum fecerant, non veretur illum in arte epigrammatis Catullo anteferre. Juventius etiam politissimas in eum notas scripsit, in quibus & nitor, & elegantia, & brevitatis, & perspicuitas de palma inter se mihi videntur certare. Putasne, mi Vannetti, futurum, ut erubesceret Juventius, si cum suo Martiale esset deprehensus? Sed ma-

num

---

rem, quum alioquin doctissimi quique existimarent ad eruditionem, & copiam latini, poeticique sermonis perutilem. Vavas. de Epigr. Cap. 1.

(l) Martialis iis, qui epigrammata volunt scribere, & legendus, & imitandus est; nihil enim in illo genere reperiri potest tersius, argutiusque. Grot. vol. IV.

num de tabula. De Seneca, & Lucano alias,  
& brevius: nam eorum causa expeditior, etsi  
plura in illis, quam in Martiale, peccat Tira-  
boschius. Serranum tuum, ut facis, ama, &  
vale.



THO-



THOMAS SERRANUS  
CLEMENTINO VANNETTIO

S. P. D.



Quod tibi, suavissime Clementine, le-  
ctis meis literis, evenisse scribis, idem  
plane, tuis perlectis, mihi evenit, ut  
magis in mea sententia confirmarer. Ne  
autem diutius querere, quemadmodum facis in  
hac tua Epistola, a me earum rerum, quas dicam,  
nullam causam afferri; faciam nunc ut intel-  
ligas, me eorum omnium, quae & pro Mar-  
tiale meo, & contra Tiraboschium nostrum di-  
xerim, nihil sine gravi ratione dixisse. Ac pri-  
mum omnium, velim illud tibi persuadeas,  
judicium Cl. Tiraboschii de hoc Poeta, ut &  
de

de caeteris Hispanis, non satis ex illo loco, quem tu latinum fecisti perspicere posse; nam multa Auctor ingeniosus toto suo opere sparsit, ex quibus, & quid hoc loco voluerit, & quare voluerit, intelligamus. Ideo ad illud iudicium, quod meae Epistolae praemiseras, aliqua a me addenda esse existimavi. Nunc si illa bene examines, & sine ullo animi affectu, qui ingenii tui aciem obtundat, velis perpendere, fortasse & tu in meam sententiam venias: nam ut veritati manifestae velis resistere, non adducor, ut credam. Est & aliud, quod velim te prae oculis habere; meam illam Epistolam, quam tu membratim discerpram, ac tot, & tam acutis notis insignem, & laceram ad tribunal Eruditorum rapuisti, intra unam horam, forte intra tertium horae quadrantem, a me fuisse scriptam, ut tuae voluntati, quae per Malfattum (\*) nostrum mihi innotuerat, satisfacerem; neque per somnium me cogitasse,

---

(\*) Franciscus Malfattus insignis Mathematicus, magnum olim cl. Ricatti Scholae decus, nunc in almo Gymnasio Ferrariensi multi nominis Professor, vir politissimus, & amoeniorum artium cultor egregius, Vannettii nostri consobrinus, unde prima mihi optima adolescentis notitia, & mox amicitia.

se, ut ea posset aliquando in eruditorum hominum manus venire. Nam si ita cogitarem, illa, quae paulo a me fervidius, ut in primo calore sunt dicta, mollius multo, & urbanius expressissem; quod etiam nunc facerem, nisi hoc meo facto novam necessitatem, & laborem tibi imponi viderem, ut totam hanc tuam verè ingeniosam, & aureolam Epistolam incudi redderes, eamque iterum resingeres. Jam igitur ad rem accedamus, & qualia illa sint, quae in ea Epistola scripsi, videamus.

*I. Ea, quae de Martiale tamquam ex tripode Oracula pronunciat Tiraboschius, omnia esse falsa, nec ab homine mediocriter erudito sine risu excipienda.* Porro ita esse, & tum cum haec scripsi, existimabam, neque aliter nunc existimo. Et jure quidem: nam si rem attente inspicias, videbis, duo a me eo loco affirmari. Primum, ea, quae de Martiale tamquam Oracula pronunciat cl. Tiraboschius, omnia esse falsa: alterum, ita esse falsa, ut ab homine mediocriter erudito non sint sine risu excipienda. Ac omnia omnino esse falsa, ex his quae tota hac Epistola disseram, fiet manifestum. Nunc illud ostendam; qualiacumque illa sint, non esse ab homine mediocriter erudito sine risu excipienda. Nam quisquis mediocriter eruditus, statim videbit, multa ibi dixisse clarissimum



auctorem, quae essent omittenda; multa omi-  
 sisse, quae erant dicenda: & si qua essent, quae  
 Hispano Poetae prodesse possent, nec tamen  
 omittenda duxerit, ne fraus nimis appareret;  
 ea ipsa aliquo colore eleuasse: contra uero quid-  
 quid ei obesse posset, non modo laudandis Poe-  
 tae calumniatoribus maiora fecisse; sed & quae  
 sitis fabulis, quo libentius legerentur, exhila-  
 rasse. Mihi credas, Clementine; si ita liceret  
 Historico causam Poetarum, & quorumcumque  
 Scriptorum agere; nullus Auctor esset tam ma-  
 lus, qui probari non posset optimus: nullus e  
 contrario tam bonus, qui non omnium pessi-  
 mus ostendi, pro libidine scribentis. Fingamus,  
 uelle me probare, Ciceronem uestrum, Orato-  
 rum omnium facile Principem, non adeo bo-  
 num Oratorem, ut uulgo creditur, fuisse; imo  
 tantum abesse, ut eo honore iure ullo gau-  
 deat, ut sit Oratorum omnium facile deterri-  
 mus. Facerem ingressum ad hanc meam no-  
 uam, & plane ridiculam causam ab illis Ti-  
 raboschii uerbis: *Nihil esse inuilius, quam uel-  
 le eos homines, qui semel bonam de Auctore ali-  
 quo opinionem imbiberint, ad contrariam, etsi ue-  
 ram opinionem traducere.* Non negarem, Cice-  
 ronem a multis non solum summo opere lauda-  
 tum, sed & ut quemdam eloquentiae Deum  
 habitum. Mox e contrario ostenderem, etiam

eo

eo tempore, quo Cicero tanto in honore es-  
 set, non paucos Romanos fuisse, qui huic vul-  
 gari opinioni contradicerent; & Pollionem in  
 his numerarem, eum, inquam Pollionem, quem  
 ipse Virgilius tanti faciebat, ut illi pulcherri-  
 mam Eclogam, in qua ejus filii natalem ce-  
 lebrabat, inscripserit. Sequenti uero aetate,  
 cum iiberius, id est, uerius de Cicerone lice-  
 bat iudicare, ita hunc Oratorem iacuisse, ut  
 nullo unquam tempore tam despectus fuerit  
 Martialis. Quid hic non praesertit aliquam  
 speciem ueritatis? Nam ita despectum fuisse  
 argenteo saeculo, constat ex Dialogo *de causis  
 corruptae eloquentiae*, in quo nullum tum Ro-  
 mae fuisse Adolescentem ita Infantem scribi-  
 tur, qui se non longe, multumque Ciceroni  
 anteponeret. Quin & scriptum librum, cui ti-  
 tulus esset *Ciceromastix*, Aulus Gellius, optimae  
 fidei scriptor, nos ignorare non sinit. Nec re-  
 centioribus quidem saeculis aliter a uiris, qui  
 libere loqui audent, & de his rebus iudicare  
 possent, esse iudicatum. Quis ignorat, quae  
 de Cicerone, & Lactantio, ferrei Saeculi Ora-  
 tore, etsi, ut illis temporibus, sane bono, ma-  
 gnus ille Picus Mirandulanus scriptum relique-  
 rit? quanto plures in hoc afro, & maiores uir-  
 tutes; quanto plura in Cicerone, & maiora  
 uitia inuenerit! Neque hoc nostro in saeculo

B

mi-

mihī deessent, quos pro hac vel sententia, vel infania appellarem. Quam sollicitus est cl. Heignētius in eo praeclaro Opere, in quo fundamenta styli cultioris tradidit, in monendis Adolescentibus eloquentiae candidatis, ut cum Ciceronem legerint, aliquem alium Scriptorem pressum, & styli sanioris legant, quo luxuries illa, & Asiatica redundantia, quam legendo Cicerone contraxerint, depascatur. Ubi hoc attulisset, dicerem, laudes eorum, qui suo tempore Ciceronem laudarint, ab adulatione perfectas; eas autem, quas illi nostrorum temporum clari Viri tribuerint, ab hominibus, apud quos exempli vis omnia posset; vel, ut Cicero scribit, *qui, quod exemplo fieret, recte fieri putarent*. His ita dictis, & declamatoriè amplificatis, concluderem, Ciceronem, cum de se tam saepe loquutus fuerit, numquam fortasse verius loquutum, quam cum ita scribebat: *Nos populo imposuimus, & quoque Oratores visi sumus*.

Hic agendi modus non modo historico, sed ne declamatore quidem satis dignus, nimis frequens, & manifestus est in Historia literaria cl. hujus Scriptoris: quare ego inter mediocriter eruditos nunquam ei locum dabo, qui has tam patentes artes, simul atque clarissimi Tiraboschii libros in manus sumserit, non animadvertat. Ideo scripsi, ejus de Martiale ju-

di-

dicium tale mihi videri, ut a viro mediocriter erudito non sit sine risu excipiendum. Video, Clementine, te ad haec indignari, & tacitum dicere, me pessime tanti Viri existimationi consulere; fidem ejus in scribenda Historia, quam eruditissimi quique Italiae Viri mirificè extollunt, floccifacere; quod hominis est non tantum temerarii, verum etiam furiosi. Neque ego negabo, Clementine, haec a te verosimiliter dici. Sed quid ad me, an tu ex verosimili loquare? vellem, ut etiam ex vero loquerere. Sed antequam ostendam, te id, quod rei caput erat, non facere; necesse mihi est, ut te prius admoneam, me nihil horum dicere, sed in eo tantum laborare, ut quicumque sint a partium studiis vacui, videant, totum id ex his, quas afferam rationibus, legitime descendere. Hoc Viri etiam prudentes, & modesti faciunt. Non ignoras, Clementine, nos in Schola, ubi non de his Grammaticorum vitiligationibus, sed de gravissimis fidei, & Religionis controversiis disputamus, ita agere solere, ut nulli Auctoris Catholici sententiae privata quidem authoritate theologicam notam inuramus; sed sic, ut & rationibus, & authoritatibus Scripturae, & Patrum eam vel haeresi accedere, vel plane haereticam esse, probemus. Quod igitur in illis tanto, ut dixi, gravioribus

B 2

cau-

causis licet facere, cur in hac levissima facere prohibeamur? Crede mihi, Clementine, nulla id lex vetat; neque ullo tu jure ut violatae vel charitatis, vel modestiae reum me poteris coarguere. Nihil ego hic in Cl. Tiraboschium privata autoritate, vel judicio severius pronuntio: Quid ex eis, quae in sua Historia literaria scripsit, sequi mihi videatur palam ostendo.

Sed quae esse potuit causa homini, & prudenti, & erudito, (nam talem tuum, & meum Tiraboschium numquam negabo), quae, inquam, esse potuit ei causa, ut ita scriberet? Dicam id, quod mihi valde verosimile videtur. Videbat cl. Tiraboschius in altera praesertim historiae suae parte agendum sibi esse de multis, & claris Hispaniae Viris, qui argentea illa linguae aetate Romae floruerunt; sic ut si illos candidè, & sincerè, quales erant, describeret, tota ea historiae suae pars multo Hispaniae nostrae, quam ipsi Romae, atque adeo Italiae, gloriosior esset futura. At homini rerum suarum amantissimo, & qui suam Italiam in ea historia illustrandam susceperat, ea res non levem molestiam afferebat. Quarendam igitur erat aliqua, si non vera, & justa, certe ingeniosa ratio, & callida, qua Italicae gloriae prospiceretur. Neque alia facilior visa est,

est, atque auctoris consilio accommodatior, quam si Hispanos Scriptores tales suis lectoribus exhiberet, ut eorum splendor minus gloriae officeret Italorum. Hinc quàm mirus est in illorum vitiis detegendis, & exaggerandis, in virtutibus minuendis, & extenuandis! Ut ego saepe dicere soleam, qui Hispanorum vitia velit addiscere, cl. Tiraboschii Historiam legat; qui vero eorumdem virtutes nosse desideret, alibi eas quaerat. Et quidem in Lucio Seneca, & Lucano, in quibus aliquem objurgandi colorem habere se credit, quantus est, quam copiosus declamator, usque ad Lectorum fastidium! In Columella vero, ubi quid ipse aliqua veri specie possit reprehendere, non videt, neque apud alios invenit, paucis verbis rem peragit, & lectores suos ad alios, puto ad Joannem Albertum Fabritium, Nicolaum Antonium; & Mathiam Gesnerum remittit. Ad haec, quanta artes, quam ingeniosae, ut eosdem Hispanos, Romanae eloquentiae praecipuos corruptores lectoribus suis persuadeat! Multum in eo sordat disertissimus Scriptor neque hilum tamen proficit. Norunt enim etiam mediocriter eruditi cum ex Marco, & Lucio Seneca, tum ex Quintiliano, & Auctore Dialogi *de causis corruptae eloquentiae*, causam hujus corruptionis Romanos, non Hispanos

nos fuisse. Hinc vix risum tenere potui, Clementine, cum tua illa legi, *Antiquorum libros qui interiiissent, non ideo quia deteriores caeteris, qui manserunt, essent; sed casu interiiisse. Quod ni ita esset, numquam Marci Senecae potius controversiae, quam tot Ciceronis orationes, quae interierunt, superessent.* Sit ut vis, quod tamen in loco videbimus. Ne tamen nega, in illis Marci Senecae controversiis plus verae utilitatis inesse posse, quam in una, vel altera Ciceronis oratione. Quae enim nova in rem literariam utilitas ex unius, vel alterius rei, etiam si eloquentissima, accusatione, vel defensione? Contra vero ex his Senecae controversiis, quanta lux in Historiam literariam hujus, de quo agimus, aevi, diffunditur? In eis verae causae corruptionis Romanae eloquentiae referuntur, multi ex veris corruptoribus graphicè describuntur. Ex illis, inquam, apparet, totam eam labem, quam jam inde ab excessu Ciceronis passa est eloquentia, Romanorum vitio, non Hispanorum importatam. Expediebat ergo tuo Tiraboschio ut omnino controversiae illae Senecae interiiissent. Expediebat & tibi; nam sic ille liberius posset Hispanorum gloriam deterere; & tu tela, quae in eum a me jaciuntur, facilius depellere. At privata utriusque vestrum utilitas non tanti facienda est, ut

prae

prae illa debeat communis Reipublicae literariae splendor negligi. Sed, ne quid dissimulem, scio, non haec a vobis fieri sine exemplo. Nec puto tamen, ideo te ea jure fieri credere; quod tu de me sine causa suspicabare. Nam veteres illi Romani vestri res suorum illustres perquam diligenter posteris tradere solebant; Provincialium Hominum praecleara facinora libenter obscurabant. Unde a me petatum hoc telum, dices, Clementine? Ex majore Plinio; auctore sane idoneo, & si quis unquam fuit, candidissimo. Lege, sis, ea, quae de triumpho Cornelii Balbi junioris Gaditani narrat, & inter alia haec planè divina scribit: *omnia armis Romanis superata, & a Cornelio Balbo triumphata, uni omnium externo currù, & Quiritium jure donato. Quippe Gadibus nato Civitas Romana cum Balbo majore Patruo data est. Et hoc mirum; supradicta oppida ab eo capta auctores nostros prodidisse.* Lib. 5. Cap. 5. Hoc tu testimonium fortasse aliquo colore, ut soles, eluderes; nisi dum Hispani Poetae gloriam imminuere volebas, non esse mira dixisses; nisi ea, quae essent *inustrata*. In quo tu verum dicebas; sed tua haec explicatio minus ibi locum, quam hic habebat. Conveniat igitur inter nos, Clementine, mirum videri Plinio, Romanos Scriptores Hispani Hominis gloriam,

B 4

&amp;

& immortalia facinora prodidisse; idque, te Interprete, indicio esse, quod Hispanos, etiam illustres, laudare, non fuerit illis usitatum. Neque illud in contrarium verè dici potest, Romanos gloriae litterariae minus fuisse sollicitos; atque adeo, etiam si mirum sit, quod Martia Hispanorum facinora non obscurarint, non esse mirum, si literariam eorum gloriam deterere noluerint. Nam falsum hoc plane est; & quod Martialis optimè dixit, qui ingenio aliis cedere velint, rari semper erunt. Cum igitur homines ingenio aliis concedere velle semper fuerit inusitatum, maxime vero illis temporibus. Vel dic, quam ob causam nisi ob invidiam hanc literariam, Lucius Seneca, cum optimam orationem ad Senatum dixisset, a Caligula pene est occisus? Dic ob quam aliam, nisi quod meliores, quam ipse, versus faceret, occisus revera a Nerone fuerit postea Lucanus? Nec posteriorum temporum Romani literariae hujus invidentiae, vel, ut honestiori utar vocabulo, aemulationis, minus clara, & expressa signa dederunt, ut constat cum ex aliis, tum ex his, quae sincerè, & candidè narrat Philippus Bonamicus in lib. de claris Pontificum epistolarum Scriptoribus ad Benedictum XIV. pag. 151, & 152. *Petrus Beneventanus, Diaconus, & Secretarius Papae Innocentii III.*

fuis-

fuisse dicitur, neque sane indoctus, cum ipse unus delectus a Romanis fuerit, qui ejusdem Pontificis epistolas colligeret; atque Bernardo Compostellano collectionem ipsam adornanti, opponeretur. Nolebant enim tum Itali a Transalpinis hominibus vinci studio, & gloria doctrinae. Haec disertissimus Bonamicus eo, quo dixi, loco candidè; puto, & verè, scribebat. Vides igitur, Clementine, num mihi justa sit causa dubitandi, an Historicus noster, dum de M. V. Martiale ita scribit, ut omnia, quae a me afferuntur, tam cautè omittat; quae vester Giraldus, & alii parum in hunc Poetam Hispanum aequi afferunt, tam studiose colligat, Romanorum suorum exemplum velit imitari; quid Historiae veritas postulet, minus curet; atque adeo non sit tam bonae, & incorruptae fidei, quam tibi videbatur. Auget suspicionem hanc meam, quod cum de Cicerone agit Tiraboschius, nulla apud eum Dionis fiat mentio; cum vero de Lucio Seneca, tam crebra. Atqui Dio non minus infensus Ciceroni, quam Senecae, multa de utroque incredibilia scripsit. Idem Historicus noster cum de Catullo agit, & de Martiale, ne verbum quidem faciat de Julio Caesare Scaligero; cum ex eo multa ad minuendam Itali Poetae, multa ad augendam Hispani famam posset desumere. Sic enim sum-

mus

mus hic Italorum sui saeculi criticus de Catullo iudicat: *Catullo docti nomen quare sit ab antiquis attributum; neque apud alios comperi, neque dum in mentem venit mihi: Nihil enim non vulgare est in ejus libris. Ejus autem Sylabae cum durae sunt; tum ipse non raro durus: aliquando vero adeo mollis, ut fluat; neque consistat: Multa impudica, quorum pudet. Multa languida, quorum miseret. Multa coacta, quorum piger. Nam invitum, tractum esse, & multum; & saepe, constat a suis versibus. Cur enim aliter sentiam quamdiu in memoria habeo tot Spondaeos in Hendecasyllabis Dactylorum expulsores: Poetices lib. 6. qui & Hypercriticus. Cap. 7.*

De Martiale autem sic: *Ne Martialem quidem transferre libet ad meliora. De illius libris alibi a nobis satis dictum est. Multa sunt ejus epigrammata divina, in quibus & sermonis castitas, & argumenti species luculenta est: Versus vero candidi, numerosi, pleni, denique optimi. Alia faeda ne legerim quidem. Tantum abest ut ad censuram vocent. Poetices lib. 6. qui & Hypercriticus. Epigrammatis virtutes peculiaris, brevitatis, & argutia; hanc Catullus non semper est affectus; Martialis nusquam amisit. Poetices lib. 3. qui & Idea cap. 125.*

Ut igitur haec tam parum aequa, quam

el. Tiraboschio familiaris, & usitata agendi ratio magis pateat, nec incautos Adolescentes diutius in errorem inducat; afferam hic pauca ex illis, quae Tiraboschiano iudicio addenda esse existimabam. Praecipue vero locum unum ex Dissertat. praeliminari, in quo sic scribit: *Ad hoc (ad corruptionem scilicet gustus in Poesi, & Oratoria saeculo XVII.) contrulit etiam, ut observat Recentior quidam non minus cultus, quam ingeniosus auctor, dominatio, quam tunc Hispani habebant in Italia. Equidem ingeniosa haec Natio, quae ratione sui climatis natura ipsa, ut ita dicam, videtur vel ferri, vel rapi ad subtilitates; quaeque ob hanc ipsam causam tam multos magnae famae habuit scholasticos, tam paucos vero clari nominis Oratores, & Poetas, magna tum Italiae in parte dominabatur. Hispanorum libri facile serpebant; Hispanus gustus aliis communicabatur; Cumque subditi facillime induant naturam, & mores dominantium, ipsi Itali devenerunt, ut ita dicam, Hispani. Ad hanc sententiam firmiter stabilendam adjungam quandam meam animadversionem; quae etsi fortasse subtilior alicui videri possit, vero nihilominus experimento innititur. Nimirum, Etruriam, quae longius a Longobardia aberat, & Neapoli, quae sub Hispanorum erant ditione, minus quoque his gustus corruptelis subjacuit-*

cuisse; perinde quasi contagio haec literaria suas paulatim vires amitteret, quo magis a fonte, unde ortum habuerat, recedebat. An dici similiter non poterit, id ipsum ad primam literarum corruptionem, quae post excessum Augusti facta est, non minus contulisse? Enim vero Martialis, Lucanus, & Senecae fuerunt certè illi, qui tum eloquentiae, tum Poesi majus eo tempore damnum attulerunt. Et erant hi etiam Hispani. Et vero clima ipsum, sub quo nati erant, una cum iis, quas terigimus, moralibus causis, potuit haud parum conferre, ut Hispanos illos ad pravam, quem in eorum operibus videmus, gustum perduceret. Dissert. praelim. pag. 21. 22.

Jam ubi cl. Historicus hoc Hispaniae omni aevo literarii gustus corruptricis quasi systema animo informasset, & illud Historiae suae praemittere decrevisset, necesse ei erat, ut omnia, quae in hac parte scriberet, systemati suo conformaret; cum autem essent benè multa, quae, salva Historiae veritate, in hujusmodi systema non convenirent; arte erat opus, ut ea ipsa vel invita, & reluctantia, & obtorto, ut dicunt, collo, in illud traherentur. Satis erit paucula hujus generis, quasi intento digito monstrare. Erant Pomponius Mela, & Junius Columella Hispani, non tantùm sui quisque operis Princeps, sed & communi eruditorum judicio la-

latinissimi, & incorruptissimi Scriptores; atque eo nomine ad probandam Hispaniam literarii gustus corruptricem minus accommodati. Quid igitur cl. Historicus? De tantis viris, praeter morem suum, quam brevissimè agit: eos, quamvis id probare non possit, indicat diu Romae vixisse, ibique naturam illam corruptricem, quam ab Hispania attulerant, longa cum Romanis consuetudine exuisse. Fabius Quintilianus, cum latinissimus, tum optimi gustus auctor, multo etiam magis tiraboschiani systematis vanitatem ostendere videbatur. Quid noster? Quintilianum contra inviolabilem Historiae fidem Hispaniae eripere, Romae ascribere non veretur. Marci Senecae controversiae, ut omnia alia deessent, nimis clarè coarguerent laudati systematis falsitatem. Quid Tiraboschius? Memoriae Hispani Rhetoris, cui ad hanc diem optimi quique Critici fidere solebant, profus diffidit; & tot, & tam illustria Romanorum corruptorum monumenta, quae ab eo totidem verbis allata erant, non illorum, quibus ea Seneca tribuit, sed ipsius Senecae esse, Italis suis, quibus unicè scribebat, vult persuadere. Quid multa? De Martiale, Lucio Seneca, & Lucano, quibus ad systema suum verosimile imperitiis faciendum, maximè confidebat, & saepe, & latè differit, & in eorum vitiis im-

moratur. Sed etiam in his erant non pauca, quae nonnihil incommodarent; cum Martialem mirifice extolleret Plinius, Senecam Ciceronis ut Romanae eloquentiae Parentis admiratorem ejus epistolae comprobarent; Lucanum plurimi faceret Quintilianus, etsi eum Oratoribus, quam Poetis adnumerandum mallet. Quid Historicus? Laudes, quas Plinius Martiali tribuit, malignè interpretatur; judicium Senecae de Cicerone, non ex illius epistolis, in quibus per saepe, & perquam honorifice de Cicerone judicat; sed ex institutionibus Quintiliani, hominis inimici, & qui post Senecae mortem ex Hispania Romam venerat, petendum esse putat. Sic prima systematis parte utcumque suffulta, altera, quae non minus difficultatis haberet, erat fulcienda. Difficultas autem erat hujusmodi. Illi ipsi Hispani, qui saeculo XVII., quo gustus in literis est corruptus, dominabantur Neapoli, saeculo XV., quo gustus una cum literis renasci coeperat in Italia, in eadem Neapoli rerum potiebantur. Cur igitur non tum literarum corruptio a Neapoli, sed sanus gustus in alias Italiae partes manabat? Haec quidem vel sola animadversio totum Tiraboschii systema non modo multum concutiebat, sed plane disjiciebat. At ingeniosus auctor, qui hoc ignorare non poterat, de

de Hispanis illis saeculi XV., quasi nulli fuissent, ne verbum ullum fecit; & acuta hac omissione systemati suo consuluit. Id eo fit manifestius, quod in eadem erudita Dissertatione, cum ageret de Principibus viris, qui eo in saeculo, & literatos foverint, & renascentes literas adjuverint; de Medicacis, & Atestinis meminit, de Alphonso Aragonio non meminit. Atqui sciunt probe eruditi, renascentem literaturam, ut Medicacis Florentiae, & Atestinis: Principibus Ferrariae, sic Aragonio Neapoli plurimum debuisse, Nihil igitur facit cl. Tiraboschius cum artificiosis hisce suis omissionibus. Quantum renascentes in Italia literae Hispano Principi debuerint, constat ex multis, & gravibus, cum Italis, tum exteris scriptoribus. Uno ego ero contentus, & eo extero; non quia non alii multo plura dixerint, & nos in loco sumus dicturi; sed quia familiari quadam sibi breviloquentia, multa paucis mihi dicere videatur. Is erit immortalis Lipsius, qui in suis *Monitis, & Exemplis politicis* Cap. 8, quod est de prudentia, num. 15. haec habet. *Et quam similis vox, & animus Alphonsi illius magni in eodem regno fuit? Neque enim semel dixit: Malle se omnium regnorum (septem ea numerabat) iacturam facere, quam minimam Doctrinae. Et sane amavit in se, in aliis: & Laurentium Vallam, Ansonium Pa-*  
nor-



normitam, Bartholomaeum Faccium, Georgium Trapezuntium, Joannem Aurispan, Jovianum Pontanum, & examen deinde Juniorum huic Regi debemus. Ille Athenaea in Regnis passim, ille Bibliothecas instruit, aut exornavit: Nec gratius ei munus offerri poterat, quam varior, aut electior liber. Quin ipsum Librum apertum pro insigni usurpabat: significans scientiam Principibus convenire, ex iis haustam. Et cum aliquando audiret, Regem Hispanum dixisse, non convenire Principibus literas: stomachans subiecit, bovis, non hominis vocem eam esse. Itaque legit assidue Livium, & Caesarem maxime. Nec dies fuit, ut familiares tradiderunt, quin his in versaretur. Idem, quod miremur, Annaei Senecae magnus amator: adeo ut ipse, suo Marte in hispanicum sermonem Epistolas verterit, usui suae gentis. Sed nec sacra Lektione abstinebat: gloriatusque est, totum vetus, & novum Testamentum, una cum glossis decies & quater se perlegisse. Haec Rex, haec senex: ubi privari, & juvenes estis? Senex, inquam; nam vix ante quinquagesimum annum studia attigit, institutione ejus in adolescente neglecta. Tunc Grammaticam, opera Martini cujusdam didicit: quem ita charum deinceps habuit, ut numquam a latere dimisserit. Videor non de Principe, sed literione aliquo loqui, at ille etiam quantus vir belli domique fuit? Quam magnus  
quam

quam felix rebus gestis? Elogium ei demus. A Carolo magno majorem virtute, & fortuna Principem Europa non habuit: Et (mentiri velim) non habebit.

Ne mirere ergo, Clementine, si cum has Cl. Scriptoris artes, quibus Hispaniae veram gloriam auferre, falsam Italiae tribuere studet, ante oculos haberem; paulo ardentius in mea epistola sim loquutus. Cumulasset ille quidem Italiam suam, & veris, & innumeris, quibus abundat, laudibus literariis; me non solum probante, verum etiam plaudente, fecisset. Nunc quoniam aliam viam, nec ipsis Italis vere doctis, quorum ego multos novi, probandam inire voluerit, feret aequo animo, ut quam ille veritatem conatus est obtegere, & omni arte occultare, ipse, quantum in me erit, coner detegere, & in bono lumine collocare. Fortasse scriptio haec mea, etsi subitanea, nec satis expolita, novos Historiae literariae Scriptores faciet cautiores, ut in ea, posthac scribenda, non ita gentis suae gloriae studeant, ut veritati nullum in Orbe literario locum relinquant. Et quidem super hoc argumento, quum primum Historiam cl. Tiraboschii legissem, fabellam quamdam, ad earum Phaedri similitudinem, commentus sum: quam cum ad te, pro amicitia nostra, una cum illa Episto-  
la

la misissem, intellexi, tibi non valde displicuisse. Nec putō nunc, si hic, tamquam in loco maxime proprio, adjunxero, displicituram. Ecce illam.

*De damno allato literis per novos Scriptores  
Historiae literariae.*

VERITAS REDUX, ET REPULSA.

**R**eliquit olim terras alma Veritas,  
Et se recepit aurea inter sydera.  
Minerva Divam rursus ut reduceret,  
Ei dicavit orbem literarium,  
Qua sede nulla Veritate dignior.  
Assumit comites Veritas redux duas,  
Illam vocant: Infamiam, istam Gloriam,  
Et laeta coelo labens, primum Hispaniae,  
Fores ut pulset, turpi mandat nuntiae.  
At alti honoris semper ardens natio,  
Venienti occurSAT, & occludit ostium.  
Recedit illa, & literatae Galliae  
Adesse Divam Veritatem nuntiat.  
Gens elegans commota accurrit illico,  
Obditque postes ferreis repagulis:  
Hinc Veritas repulsa, ad fines Italos  
Invisam comitem jussit ut praecederet.  
Clausas adveniēns Diva portas reperit,  
Et obseratas pessulis abeneis.

Oras

Oras Italiae linquit, atque ad frigidos  
Gressum Triones vertit, orbis ultimas  
Petens, candore nobiles Provincias.  
Sed & praemissa terret has infamia,  
Sic nulla accipit reducem Divam natio.  
Causam repulsae suspicata, Gloriam  
Juber praevire ad singulas Provincias,  
Ut ante Infamiam, & pulsare strenue.  
Statim panduntur Veritati Januae,  
Quotquot sunt omnes orbe literario.  
Haec Diva studio veritatis neminem  
Videns teneri, & universos ducier  
Amore famae, vel timore infamiae,  
Relicto rursus orbe, in Coelos avolat.

II. Sacrificium Naugerianum mera fabula a Paulo Jovio conficta, a Famiano Strada ornata, & ab omnibus fere, qui hos subsequuti sunt, rotidem fere verbis, ut fit, transscripta. Sacrificium Naugerianum meram fabulam esse dixi, & tu talem eam esse, mihi fortasse assentiare, ubi eas rationes, quas optabas, hic legeris. Solebam ego nobilis hujus Veneti opera ex nova Communii Editione legere: inter legendum vero ejus Iter Hispaniense, & quaedam adjunctas ei Itineri epistolas, videbam, saepius Venetum Poetae nostri meminisse, imo & Patriam ejus adiisse; & hac quidem occasione aliqua, quae a Martiale dicta essent, subnotasse; Inte-

C 2

rea

rea tamen nullum ei verbum asperius in Poetam, sibi adeo non amicum, excidisse observabam. Huc accedebat, quod cum ejusdem Naugerii lepidissima legerem poemata, cum per pauca illa sint; videbam tamen in illis vestigia nonnulla, quae mihi indicio essent, nobilem hunc Auctorem non adeo a Martialis imitatione abhorruisse. Tale est illud de Pythagorae simulacro:

*Quem toties vixisse, anima redeunte, renatum  
Murato fama est, corpore Pythagoram,  
Cerne, iterum ut docti Coelo generatus Asylae  
Vivat, ut antiquum servet in ore decus!  
Dignum aliquid certe voluit; sic fronte severa est,  
Sic se magno pectore totus abit.  
Posset & ille altos animi deprimere sensus;  
Sed veteri obstrictus Religione, silet.*

Omnia hic Martialem sapere, omnia Hispanum Vatem redolere, mihi videbantur. Et merito: nam audaces, quas illi tribuitis, translationes, plenas vigoris superlationes, argutiam, quam vos falsam soletis appellare, ipsam Martialis dictionem, & unde haec essent a Veneto Poeta desumpta, perspiciebam. Quae res eam mihi cogitationem iniecit; quae causa esse poterat Naugerio, ut quem tam diligenter imitaretur Poetam, eundem flammis aboleret? Atque haec quidem, Clementine, suspicionem

mi-

michi quamdam, eamque levem de hujus Sacrificii falsitate afferebant: cum interea incidit in aliud Epigramma Naugerii, quo ipse combustas a se, nescio quas sylvas, quas ad Statii imitationem, etiam tum juvenis, composuerat, lepide sane, ac venuste, in hunc modum judicabat:

## ACMONIS VOTUM VULCANO.

*Has, Vulcane, dicat Silvas tibi villicus Acmon;  
Tu sacris illas ignibus ure, Pater.*

*Crescebant ducta e Statii propagine Silvae,  
Jamque erat ipsa bonis frugibus umbra nocens.  
Ure simul Silvas; terra simul igne soluta,  
Fertilior largo foenore messis eat.*

*Ure istas; Phrigio nuper mihi consita colle,  
Fac, Pater, a flammis tuta sit illa ruis.*

His igitur lectis, magis mihi aucta est suspicio illa de falsitate sacrificii, quam modo levem dicebam. Nam veniebat in mentem potuisse hoc sylvarum sacrificium, de quo Naugerius in illud Epigrammatum, de quo Tiraboschius, ab aliquo, ut non raro fit, memoriae lapsu, converti. Jam quum diligentius in rem totam inquirerem, oculos in Praefationem quandam, quae primae Naugerii editioni ab Auctore Anonymo praefixa erat, quamque Comminius orandae suae causa, in hanc transfulerat, conjeci. In ea igitur Praefatione ita de Naugerio Anony-

C 3

mus;

mus: *Cum se ad bonorum Poetarum, ac cum primis Virgilii imitationem traduceret; ut ejus ad Vulcanum epigramma restatur, Sylvas suas Statii imitatione factas, exussit.* Haecenus ego Sylvulas quasdem ad imitationem Statii compositas, a Naugerio combustas videbam; Martialis vero epigrammata flammis tradita, neque apud Naugerium, neque apud Auctorem Praefationis legebam. Unde valde mihi aucta, & corroborata est prior illa suspicio, adeo ut totum hoc Sacrificium puram fabulam tantum non existimarem. Nec tamen hic me continui, sed locum ipsum Pauli Jovii, quem diligentissimus rerum indagator Tiraboschius, omissis his duobus, quae a me allata sunt, Naugerii, & Auctoris primae Praefationis, tantum citat, adire volui. Factum bene! Nam sic ibi Paulus Jovius de Sacrificio Naugeriano scribit, ut eum ex Naugerio, & Anonymo Praefationis Auctore, suam narrationem hausisse, satis appareat. Ait enim Iovius in elogio Naugerii: *eodem quoque praestanti judicio quum epigrammata lepidissima scriberet, non falsis, aculearisque finibus, sed tenera illa, & praedulci prisca suavitate clauderetur. Adeo Martiali severus hostis, ut quotannis stato die Musis dicato, multa ejus volumina, tamquam impura, Vulcano dicarentur.* Hinc igitur liquido apparet, Paulum Jovium fuisse illum,

lum, qui ut ego suspicabar, memoria lapsus, sylvularum sacrificium in sacrificium epigrammatum primus converterit. Hunc ego memoriae lapsum, a quo Jovium in hunc errorem inductum suspicabar, duobus versiculis, Hispanum alloquens Poetam, sic expresseram:

*Dum vult Naugerii dicare sylvas,  
Dat flammis Jovius tuos libellos.*

Sed cum postea insensum Jovii in hunc Poetam animum, quem cum aliis elogiorum locis, tum hoc Naugerii elogio plus satis ostendit, mecum revolverem, & malam interdum ejus fidem, ut tu non negas, perpenderem, in aliam veni suspensionem: totum hoc sacrificium potuisse ab eo non inconsulto fieri, sed ut de fama ejus Poetae, quem deprimere, & aliis deridendum proponere volebat, his dolis detraheret. Et prima illa deposita lenitate, paulo aliter rem totam hoc Epigrammate exprimendam esse mihi censui.

*Fabellam illepidam tibi non dedit ulla Sororum,  
Quas colimus Vates; nec dedit Historia.*

*Hanc tibi, fas Vari sit verum dicere, Paule,  
Annales Volusi, charta cacata dedit.*

*At placuit multis. Scio: non nego: sed mihi semper  
Visa fuit charta fabula digna sua.*

Dices, Clementine, nondum a me fictionem clare demonstratam. Imo ita clare, ut in re

historica major desiderari claritas non possit. Cave enim putes, res ejusmodi Mathematicis Malfatti nostri demonstrationibus ostendi posse, nec debere. At demonstratione, qualem res historica postulabat, esse demonstratam, tute fatebere, si ad ea, quae dixi, voles animum diligenter attendere. Nam Naugerianum sacrificium unicum fuisse, & Naugerius, & Auctor praefationis, & Jovius tradunt: certe nemo illorum plura fuisse scribit. In hoc differunt, quod duo illi primi sylvularum, Jovius epigrammatum fuisse refert. Interea cl. Tiraboschius, cujus tu fidem, & diligentiam celebras, in eo Jovio credit, eum citat: Naugerio, & Auctori praefationis non credit, & eos praeterit. Atque in hoc extremo, si non fidem, certe ejus prudentiam laudo. Vidit enim Tiraboschius, risuros lectores mediocriter eruditos, si cum tres auctores candide citasset, duos primos, sane idoneos, relinquere, uni suspectae fidei, & calami, ut vulgo ferrur, venalis, adhaerere deprehenderetur. Itaque, Clementine, & vere in mea epistola dixi, Naugerianum sacrificium meram esse fabulam, a Paulo Jovio confictam, & veritatem Jovianae fictionis nunc solide probavi. Dicam libere: numquam tu, Clementine, Tiraboschii tui fidem, & diligentiam in hoc referendo sacrificio tam clare demonstrabis.

Age

Age vero, & quemadmodum ostendimus, Naugeriani Sacrificii fabulam a Paulo Jovio confictam, sic a Famiano Strada ornatam, ostendamus. Est in secunda Libri V. Famiani Prolusione locus valde insignis, in quo haec, quam quaerimus, demonstratio mihi videtur contineri. Eo in loco inducitur a Prolusore Famiano Alexander Burghefius, qui ex his, quae, ut ipse ait, audierat a Hieronymo Amatheo, ita hoc sacrificium narrat: *Andreas Naugerius :: natali suo accitis ad geniale epulum amicis, postquam prolixè de Poeticae laudibus super mensam disputaverat, ostensurum se ajebat a coena, quo tandem modo laudari Poesim deceret. Mox afferri jubebat Martialis volumen, haec erat Mensae appendix, atque igni propior factus, illustri conflagratione absumentum, flammis imponebat: addebatque, eo incendio, se Musis, manibusque Virgilii litare, cujus imitatore, cultoremque praestare se melius haud posset, quam si vilia Poetarum capita per undas insequutus, ac flammam, perpetuò perdidisset. Omnia hic belle, festivo, venuste, ut a Prolusionum auctore fieri oportebat. Cave enim tibi persuadeas, Clementine, in hoc operis genere, ullum veritatis respectum haberi; fabellas ibi Prolusor alias ex aliis natas, ingeniose inserit, in quibus summa laus in eo consistit, ut omnia ex verosimili scribantur.*

tur. Vides igitur a Famiano, dum huic verosimilitudini vult consulere, Pauli Jovii, unde fabulae sibi excolendae, & ornandae quasi fundum, & solum desumerat, nomen perquam prudenter occultatum. Nam ni ita fecisset, si inter tot eruditos viros, quibus fabula narrabatur, Pauli Jovii nomen esset auditum, tota fabulae verosimilitudo in fumum abiisset. Prudentissime igitur, Famianus, non se a Jovio, sed Burghefium ab Amatheo, eam narrationem accepisse fingit. Jam ubi suspicionem omnem falsitatis, hac qua dixi arte, removerat; fabulam a Jovio fictam, tam minute, tam distincte, tam suis adjunctis omnibus eleganter vestitam exhibet, ut si illi ipsi conflagrationi tot ante annos, ut Jovius scripserat, factae, ( ut ego probavi fictae ) praesens ipse adfuisset, & singulos Naugerii gestus, verba singula, quae Jovii diligentiam subterfugerant, oculis suis vidisset. Sed cum in omnibus aliis ex verosimili fingendis, mirus mihi videri soleat Famianus; at nusquam magis, quam cum demonstrationem hanc nostram quasi jam tum submetuens, illam praecipuam sibi putaverit; & ob hanc causam duo Naugerii sacrificia primus ( quod sciam ) finxerit. Nec se eo loco tenuit, sed fecit, ut Burghefius de Naugerio loquens, haec adderet: *sed cum sylvas aliquot*  
*abs*

*abs se conscriptas, legisset, ut solebat, in concilio Poetarum, audissetque Statio characteri similes videri; iratus sibi, quod a Martiale fugiens, aliò declinasset a Virgilio; cum primum se recepit domum, protinus sylvas coniecit in ignem, ejusque calore succensus, versiculos prope extemporales fudit; quos in eodem conventu, qui proxime coactus est, sub rustici Acmonis persona recitavit. Egregie, ut dixi, omnia Famianus. Unum miror, hominem admirabilis ingenii non occupasse; nam poterat ex hoc ipso Naugerii epigrammate aliquis scrupulus eruditis illis viris suboriri; nimirum, quid causae esse potuerit Naugerio, ut cum de hoc sylvarum tanto minus illustri sacrificio meminerit, de illo epigrammatum Martialis tanto nobiliori nullam mentionem fecerit. Cui facile occurrere poterat Famianus, faciendo, ut idem ille Burghefius adjungeret, & de hoc epigrammatum sacrificio pulcherrimum, ut ipse a Hieronymo Amaltheo audierat, Venerum Poetam epigramma composuisse; quod tamen, ut pleraque alia Naugerii carmina, casus aliquis interceperit; & ideo a primo editore inter alia ejus epigrammata referri non potuerit. Haec si providisset Famianus, nihil plane illi fabulae deesset, ut fieret omnino verosimilis, quod ille unice volebat. Sed condonandum hoc Prolusori; nam*  
*etfi*

etſi perſpicacis erat ingenii, & perquam ſagacis iudicii, homo tamen erat, & humanum aliquid hic paſſus eſt; quin ideo neganda ei ſit gloria, quod Jovianam de ſacrificio Naugeriano fabulam tam venuſte veſtierit.

Quod autem alii, qui Jovium, & Famianum ſubſequuti ſunt, fabulam ab altero conſictam, ab altero vero ornatam, toridem fere verbis tranſcripſerint, nemo non videt. Quare in hoc non immerabor. Unum non praetermittam, non nihil quoque Vulpium tuum ad fabulae venuſtatem addidiſſe; quod quale fuerit, nunc referam. Habebat hic Vulpus, ut tu non ignoras, Clementine, curioſam ſane Bibliothecam, & rariffimis libris inſtructam; erat in his exemplar Martialis Aldinae editionis, quod ille, ut a raritate commendaret, & cauſas, cur tam rara eſſent facta hujus Poetae exemplaria, commiſceretur, duo incendia inter illas referebat, Naugerianum unum, alterum Feltrianum. Nam dum Andreas Naugerius Martialis epigrammata ob impuritatem ſtili, & ſermonis corruptionem, Bernardinus vero de Feltria, ob rerum obſcaenitatem, & corruptelam morum, undique conquiſita, flammis tradunt; brevi factum eſt, ut Hiſpani Poetae opera rariffima evaſerint. Hinc illud ſuum exemplar quantivis eſſe pretii, & auro contra non carum, concludebat. Specioſa  
haec

haec, Clementine, & ad ornandam fabulam ſatis; ad ſacrificii vero Naugeriani veritatis oſtendendam, non ſatis idonea. Nam quis crederet Vulpio, pro domo ſua tam ingenioſe peroranti? Et quidem, quod a ſacrificio Naugeriano male ſui Martialis raritatem ſuaderet, ea quibus illius falſitatem demonſtravimus, probant. Quod autem non multo melius ab incendio Feltriano ſuadeat, quivis ſatis intelliget, qui quales eſſent illius ſaeculi eruditi, & quales ſint noſtri, noverit. Itane Clementine, tam morigeros unius Religioſi viri verbis eos fuiſſe exiſtimas, ut eo audito, libros ſibi non minori in pretio quam Vulpio habitos, ſtatim in forum deferrent, rogo imponerent, ſua, ut ita dicam, viſcera in illum cremanda, & infelicibus lignis uſtulanda projicerent? Unum mihi longe ſit verofiſimilius; e manibus ſtudioſae Juventutis, ac ſimplicioris aetatis multa eum facile potuiſſe excutere, & Vulcano tradere. Sed vide, ne hoc meam cauſam confirmet. Neceſſe enim erat, ut eo tempore tam multa Martialis exemplaria eſſent in manibus Juventutis, ut flammis abſumta potuerint tantam ejus libri raritatem inducere. Ad extremum, quum de veritate Naugeriani incendii, ob ea, quae a me dicta erant, dubitare inciperes; per ingenioſe adjugebas: Jovianam illam narrationem ſive veram, ſive falſam, per  
aeque

aeque meae causae officere. Nulla in re tibi magis assentior, Clementine. Nullus enim dubito, quin utrovis modo, meae causae peraeque ea narratio officiat, quae neutro modo quidquam ei officit. Et vero, quid causae meae potest officere, quod Jovius sibi persuaserit, posse se multis sui saeculi eruditis imponere; & malis dolis ad deferendam doctissimorum virorum signatam vestigiis, & alte impressam viam impellere? At cogitabat, plausibile hoc Sacrificium non indignum Naugerio visum iri doctissimis illis viris. Id fortasse me moveret, si mihi semel esset persuasum, Auctores Historiae literariae prudenter in omnibus cogitasse. Nonne & cl. Tiraboschius putat, se hoc Sacrificium, & tot alia non minus falsa, quae in Martialem adducit, doctis saeculi nostri viris persuasurum? Atqui tantum abest, ut id persuadere possit viris vere doctis, ut tale sacrificium ne a mediocriter eruditis sit sine risu excipiendum. At sibi non imprudenter Jovium hoc persuasisse, eventus comprobavit. Invenit enim tot illustres Scriptores, qui eam narrationem, ut si vera esset, transcriberent. Certe quidem. Verum ex illis, quae ego adduxi, constat, eos omnes Scriptores, & cl. Tiraboschium *leniter, ac leviter* fecisse. Nec tamen in hoc illos valde reprehendo. In re enim levicula, & satis lepida, ne-

cessse

cessse non putarunt omnia diligentius excutere; neque tantum mali esse crediderunt, si Historia literaria, quae tot aliis Fabulis scater, nova hac fabella, sive vera, sive ficta, ornaretur. Sic enim fit, ut ejus ariditas, & quasi maestitia diluatur. Tolle ex hujusmodi Historiis similes amenitates: nae illae statim pauciores lectores inveniant. At quicumque animum ad scribendum appulerit, necesse est, diligenter curet, ut suis Lectoribus aliqua arte placere possit. In quo tamen cl. Tiraboschium haud omnino excuso; nam ea est stili amenitate, tam expedita facundia, tot ubique ingenii lumina spargit; ut etiam sine his fabellis possit lectores suos allicere, & eruditos oculos morari. Omitte igitur, Clementine, has novi Magistri tui artes; age bona fide, & eadem confitere, melius me Naugerii famae, ostensa Jovii fraude, quam cl. Tiraboschium, illa adoptata, consuluisse. Ita sane est. Nam postquam ridicula opinio de hoc epigrammatario sacrificio emanavit, nobilis hic Venetus a plurimis, iidemque doctissimis viris, pessimis modis accipiebatur, & amarulentis dictis proscindebatur. Adeo ut Franciscus Vavassor eum ut morosum criticum aspernaretur; Balthasar Bonifacius non solum atrocem incendiarium vocaret, sed ejus nomen honoris causa suppressendum sibi duceret;



ret; Nicolaus vero Antonius praeposterum; nec sanae prorsus mentis ejus de Martiale judicium scribere non dubitaret.

III. *Jam cum nullo in honore fuisse apud Italos Poetam toto saeculo XVI. scribit Tiraboschius, illud unum mihi videtur probare, se epigrammaticarios Italos illius saeculi non legisse. Nec nullo, ut ego verti, nec parvo, ut tu scribi volebas, in pretio fuisse Martialem hoc saeculo, vel ex eo mihi videtur satis evinci, quod illum diligentissime sit imitatus Marcus Antonius Casanova, qui ad annum saeculi XXVI. vixit. Is enim fuit Casanova, cui Roma illa severae auris judicio superba, nec umquam Poetis adulatrix, arguti epigrammatis palmam, referente Jovio, detulerit; quod lepida, & falsis finibus aculeata carmina factitaret; quum non Catulli, sed Martialis perfimilis esse vellet. Duo hic velim animadvertas, Clementine, alterum quod Roma illa, severe auris judicio superba, imitatori Martialis, non Catulli, arguti epigrammatis palmam hoc saeculo detulerit. Alterum vero causam, ob quam eam detulerit, nimirum, quod lepida, & falsis finibus aculeata carmina factitaret; id est, quod Martialis, non Catulli, esset perquam diligens imitator. Permittes mihi, Clementine, ut more Scholae haec in Dilemmatis formam*

re,

redigam, & sic te interrogem: vel hoc tempore erant in Italia Catulli imitatores, vel non erant? Si erant: ergo pluris Roma illa non adulatrix faciebat imitatores Martialis, quam Catulli, quando illis, non istis, epigrammatis palmam deferebat. Si non erant: ergo pluris Martialem, quam Catullum faciebat: quando illum, non hunc imitabatur. Nec solus Casanova hoc saeculo Martialis imitator fuit in Italia. Imitatus est etiam Actius Sannazarius, & ita diligenter, ut, te Judice, illum per saepe superarit. Vixit autem Sannazarius usque ad annum saeculi trigessimum. Puras, Clementine, eum Poetam, qui adeo Sannazario placuerit, soli Sannazario placuisse? Nihil minus verosimile. Habebat cl. Sannazarius plurimos admiratores, quique ad ejus gustum tamquam optimam regulam, suam conformarent. Non igitur Martialis vel *nullo*, vel *parvo* in pretio erat, si Sannazario, & iis, qui ei adhaerebant, tam vehementer placebat. Nec vero minus quam Casanova, & Sannazario placuit eo saeculo Martialis immortalis Ariosto, quem tu non solum imitatorem Hispani Poetae non negas, sed optas etiam, ut plures sint ejus divini Ferrariensis similes imitatores. Et quidem Ariostus ad tertium supra trigessimum annum vixit. Ut saltem hoc tempore nec *nullo*

D

lo

lo, nec parvo in honore Martialem fuisse in Italia, vel sola Italici Homeri auctoritas valeat comprobare. Addam & his tribus claris sane Poetis Julium Caesarem Scaligerum; est enim minor Poeta, quam Criticus fuerit, at talis Poeta fuit, ut qui artem suam tam bene nosset, eo quidem in saeculo haberet Italia neminem. Sciebat igitur Scaliger, quis esset in epigrammate imitandus, nec tu nescis, quem fuerit per saepe imitatus. Non erat igitur vel nullo, vel parvo in pretio Poeta ille, quem artis suae scientissimus Scaliger imitabatur: Is autem erat Martialis. Possem non paucos alios e nobilibus etiam adjungere; possem & ex ipsis, quos tu Catullianos, & Martialis prorsus dissimiles esse dicebas. Sed nolo tecum super hac re contendere. Scis quam varia sit, & multiplex ratio imitandi; quam, qui paulo attentius examinat, plures hoc saeculo Martialis imitatores in vestra Italia invenit. At tu non invenis. Credo equidem; nec mihi valde obscura est causa, cur non invenias. Audi, Clementine, rem non sane illepidam, etsi ab ipsa schola, in qua meliores vitae annos consumisimus, repetitam. Hyacinthus Gravesonius e Dominicana familia clarae famae theologus, quum Scholae sibi contrariae viros vellet defricare, quod physicam praemotionem a-

pud

pud Divum Thomam se non invenire, dicerent; minime, inquit, miror; sic enim illam quaeritis, ut solet Clericus quaerere Breviarium, quod ammisit; cum magno scilicet inveniendi metu. Vereor, Clementine, ne simile aliquid Tiraboschio tuo acciderit, quum imitatores Martialis inter Italos hujus saeculi quaerebat; aliter enim plurimos, & fortasse plures quam Catulli, invenisset. Et vero mihi nullo modo fit verosimile, non multos Martialis imitatores hoc quidem in saeculo Italiam habuisse; tum ob ea, quae jam dixi, tum etiam quod per haec tempora Religiosi quidam viri, qui Romanam juventutem in moribus, & literis informandam susceperant, Hispano huic Poetae valde addicti erant; & tanti ejus epigrammata faciebant, ut cum e sua typographia libros, quos magnopere utiles putabant, prodire velent; post sui sodalium constitutiones, & exercitia quaedam sui Fundatoris spiritualia, quibus primum locum deberi crediderunt; statim Martialem ab omni obscenitatis faece purgatum, nascentibus typis edere voluerint. Hanc autem epigrammatum Martialis, non jam impuri, editionem, non Romae tantum, sed tota Italia studiosae juventuti ab eo tempore familiarem fuisse, ratio est nulla dubitandi. Vides igitur, Clementine, eo ipso tempore, que

D 2

cl.

lo, nec parvo in honore Martialem fuisse in Italia, vel sola Italici Homeri auctoritas valeat comprobare. Addam & his tribus claris sane Poetis Julium Caesarem Scaligerum; est enim minor Poeta, quam Criticus fuerit, at talis Poeta fuit, ut qui artem suam tam bene nosset, eo quidem in saeculo haberet Italia neminem. Sciebat igitur Scaliger, quis esset in epigrammate imitandus, nec tu nescis, quem fuerit persaepe imitatus. Non erat igitur vel nullo, vel parvo in pretio Poeta ille, quem artis suae scientissimus Scaliger imitabatur: Is autem erat Martialis. Posses non paucos alios e nobilibus etiam adjungere; posses & ex ipsis, quos tu Catullianos, & Martialis prorsus dissimiles esse dicebas. Sed nolo tecum super hac re contendere. Scis quam varia sit, & multiplex ratio imitandi; quam, qui paulo attentius examinat, plures hoc saeculo Martialis imitatores in vestra Italia invenit. At tu non invenis. Credo equidem; nec mihi valde obscura est causa, cur non invenias. Audi, Clementine, rem non sane illepidam, etsi ab ipsa schola, in qua meliores vitae annos consumimus, repetitam. Hyacinthus Gravesonius e Dominicana familia clarae famae theologus, quum Scholae sibi contrariae viros vellet defricare, quod physicam praemotionem apud

SI  
 pud Divum Thomam se non invenire, dicerent; minime, inquit, miror; sic enim illam quaeritis, ut solet Clericus quaerere Breviarium, quod ammisit; cum magno scilicet inveniendi metu. Vereor, Clementine, ne simile aliquid Tiraboschio tuo acciderit, quum imitatores Martialis inter Italos hujus saeculi quaerebat; aliter enim plurimos, & fortasse plures quam Catulli, invenisset. Et vero mihi nullo modo fit verosimile, non multos Martialis imitatores hoc quidem in saeculo Italiam habuisse; tum ob ea, quae jam dixi, tum etiam quod per haec tempora Religiosi quidam viri, qui Romanam juventutem in moribus, & literis informandam susceperant, Hispano huic Poetae valde addicti erant; & tanti ejus epigrammata faciebant, ut cum e sua typographia libros, quos magnopere utiles putabant, prodire vellet; post sui sodalium constitutiones, & exercitia quaedam sui Fundatoris spiritualia, quibus primum locum deberi crediderunt; statim Martialem ab omni obscenitatis faece purgatum, nascentibus typis edere voluerint. Hanc autem epigrammatum Martialis, non jam impuri, editionem, non Romae tantum, sed tota Italia studiosae juventuti ab eo tempore familiarem fuisse, ratio est nulla dubitandi. Vides igitur, Clementine, eo ipso tempore, quocumque

cl. Tiraboschius *parvo*, aut *nullo in pretio* habitum Martialem scribit, natum esse Romae novum Martialianorum Seminarium, quod in dies latius funderetur, & totam Italiam, ut vos putatis, corrumpere; ut ego existimo, illustraret. Haec tu apud Vulpium tuum legere potuisti, & fortasse legisti; sed cum causae tuae minus faverent, ea exemplo cl. Tiraboschii omittere maluisti.

Jam tibi minus mirum videbitur, si dixerim, non ita paucos hoc saeculo fuisse in Italia Martialis imitatores; ut si bene meminissim, possem quadraginta, & eo amplius numerare. Quos tu, cum metueres, ne a me numerarentur, & tantus imitatorum Martialis numerus animadversionem tui Tiraboschii falsam plane, & vere ridiculam demonstraret, eo confugiebas, ut de minutis Poetis Italiae curam tibi non esse diceres, & quadraginta illos, non tantum minutos poetas, sed *Poetarum gregem* appellares. Video, Clementine, periculoso nimis in loco me versari. Nam quoscumque Italiae Poetas hoc tempore Martiali se addixisse probaverim, eos tu minutos vocabis, & *gregem Poetarum* appellabis. Amo vestram Italiam, & video, multum me ejus splendori detracturum, si dum Poetas illustres, qui Martialem sibi imitandum proposuerunt, nomino,

te,

te, licet invitus, eò adducam, ut illos non tantos fuisse, & tam praeclaros, quanti, & quam praeclari vulgo sunt habitus, probare velis. Quid, si ego, ut non iniquum videbatur, vestigia tua insequens, Catulli imitatores, nec tantos, nec tam praeclaros fuisse Poetas; quantos, & quam praeclaros tu esse putas, captiosis quibusdam ratiunculis, ut tu facis, vellem demonstrare? Id profecto eveniret, ut dum tu Hispani Poetae, ego Itali imitatores minutos fuisse Poetas vellemus ostendere, nullum clarum Poetam eo quidem in saeculo Italiae relinquere-mus. Hanc igitur invidiosam, & plane ineptam agendi rationem, missam faciamus. Mihi satis fuerit, fere totum illum Poetarum gregem in *Delitiis Poetarum Italicorum* locum invenisse. Non enim unquam mihi persuadebis, minutos eos, & gregarios fuisse Poetas, qui aureo suo in saeculo totae Italiae fuerint in delitiis.

Jam ab Italis saeculi *VXI.* Poetis ad viros eruditos, & eruditos ejusdem saeculi transeamus. Num negare potes, Clementine, saeculi *XVI.* Scriptores esse, & valde quidem celebres Jovianum Pontanum, Philippum Beroaldum, & Petrum Crinitum? Vel, si hoc non potes, audebis saltem negare tribus his clarissimis Italis Martialem valde placuisse? Aude:

illorum testimoniis te convincam. Etenim Pontanus lib. 3. de sermone ita scribit: *Valerius Martialis artificiosissimus Epigrammatum Scriptor. . . . Sunt dicta ejus in unversum arguta, subtiliterque conquista abstrusae, sententiae; eademque raras, falsae, aculeatae; inventiones vero maxime acutae; verba autem praecipue accommodata.* At notat in eodem nonnulla. Scio. Sed pauca vitia, etiam si essent vera, quod ille non probat, tot, & tam claris virtutibus non multum officerent. Beroaldus plus aliquid laudis vel uno verbo Martiali tribuit, quam eum per quamdam excellentiam appellat Epigrammatarium, eo videlicet modo, quo Virgilium Epicum, Horatium Lyricum solemus appellare. Quare Beroaldi iudicio eum locum inter Epigrammaticos Poetas Martialis occupat, quem inter Epicos Virgilius, inter Lyricos Horatius. Verba autem Beroaldi in notis ad Columellam sunt: De *Apyrinis* ait Epigrammaticus:

*Non tibi de Lybicis tuberes, & Apyrina ramis,*

*De Nomentanis sed damus arboribus.*

Nec timuit Beroaldus (quod velim bene notes, Clementine) ne Italis sui saeculi, quam epigrammaticum audirent, Catullum intelligerent; quod magno argumento est universam Italiam hoc quidem in saeculo ea in opinio-

ne

ne fuisse, ut principatum epigrammaticum non Catullo, sed Martiali deberi crederet. Nec refert, quod aliqui clari Poetae etiam hoc saeculo Catullum imitarentur: Id enim cum multis ex causis nasci poterat, tum ex ea praecipue, quod Veronensis Poeta leni ipsorum naturae esset accommodatior. Crinitus vero; qui ut Jovius nos docet, *non iniquo iudicio habitus est inter Pollitiani Discipulos disertissimus*, sic in vita Martialis de hoc Hispano censet: *Libros duodecim epigrammaticum composuit miro ingenio, & singulari urbanitate.* Jam quo tempore Martialis tanti fieret a Pontano Neapolitano, ab Heroaldo Bononiae, & Florentiae a Crinito, eum aut *nullo, aut parvo in pretio fuisse in Italia*, cui persuadebit Tiraboschius? Verum dices, Clementine, tres hos, licet clarissimos viros, initio tamen saeculi floruisse, quam anno ejus tertio obierint. Fateor. At non ideo minus inter Scriptores hujus saeculi debent numerari. Nec si diutius vixissent, iudicium de Martiale suum, quantum conjectando licet divinare, mutassent. Porro Scaliger usque ad annum saeculi LVIII: vitam produxit, nec ideo minus honorifice, quam tres illi, de Martiale sensit. Quare jam ad hunc ipsum Scaligerum deveniam; & quem tu nolebas a me adduci, ut Poetam, ut Judicem adducam. Quae-

D 4

ic,

re, Clementine, titulum aliquem, si non iustum, saltem speciosum, quare illum recuses. Nullum invenies. Non enim aut Hispanus, aut Gallus, quo nomine Vivem, & Turnebum recusabas, sed Italus fuit Scaliger, nec modo Italus, sed Veronensis, & Martiali alienus, Catullo conterraneus. Nec initio saeculi floruit, ut Pontanus, Beroaldus, & Crinitus, sed ad eum, quem dixi annum, vixit. Neque ubi eum Judicem semel idoneum agnoveris, poteris illius iudicium in hac causa eludere. Nam etsi hoc sint nonnulli, qui aliquando non valde probent, id est, vel cum de Graecis, quorum linguae minus eum peritum fuisse volunt; vel cum de sui temporis auctoribus, quibus aliquando videatur invidisse, iudicat; at neque de Graecis hic, neque de sui temporis Scripioribus fert sententiam Scaliger; sed de duobus latinis Poetis, altero saeculi aurei, altero argentei. Quale igitur summi Critici de Catullo, & Martiale iudicium! Quod numero primo retulimus, & huc redit: *multa esse Martialis epigrammata divina: nihil non vulgare esse in Catulli libris. Versus Martialis esse candidos, numerosos; plenos, denique optimos: Catulli vero syllabas esse duras, & ipsum non raro durum, & alia, quae ibi sequuntur. Epigrammatis virtutes peculiare esse breviter, & arguriam: hanc Martialem*

num-

*numquam amisisse; Catullum non semper esse eam affecurum.* Ubi, quemadmodum vides, & paulo post eodem in loco multa in Catullo reprehendit, in Martiale nihil. Nam & Veronensis syllabas non paucas notat, & varios versuum defectus ostendit. Quas Catulli reprehensiones in his quidem, quae ad Hendecasyllabos, vel Jambos, praecipue spectant, hoc ad Lectorem suum monito concludit: *nec tibi sine iudicio praetereundae sunt voces quaedam, aut vetustae, aut poeicae, aut peregrinae, aut alio flexu, quam usa sint saecula politiora, Gaza, Ploxemum, Carbarinae, Myrmice, Anilitas, Crevi, Deposivit, & alia talia* Lib. 6. C. 7.

Jam si vellem singula Scaligeri verba declarare, multo illustriorem Poetam Martialem, quam Catullum, Scaligeri iudicio fuisse, usque ad evidentiam ostenderem. Sed melius de viris eruditus iudico, quam ut existimem, eos mea declaratione indigere. Quod si tu cogitasses, non te toties in explicandis, vel potius corrupendis, auctorum locis torfisses. Si tu, Clementine, tale aliquid pro tua sententia haberes, quomodo eloquentiae tuae vela expanderes? Quomodo in tam celebri loco te jactares? qualiter illum Lectorum oculis, ne quid ex eo elaberetur, exponeres, & amplificares? Hoc uno Catulli causam confectam dices.

res. Nam qui fieri potest, ut summus sui saeculi Criticus, non Hispanus, sed Italus; nec tantum Italus, sed Veronensis, Poeta Italum, & Civem suum, Poetae hispano, & alieno tam clare postponeret, nisi praestantia hispani Poetae praesente Italo ita esset manifesta, ut si aliter faceret, judicia posterorum de suo iudicio valde pertimesceret? Verum ego nihil tale faciam. Unum illud ex hoc loco concludam: vel auctorem Historiae literariae non nimis bona fide egisse, vel parum viaticarum ad scribendum accessisse. Nega, horum alterutrum ex illis, quae praemissi, & probavi, legitime deduci. Hic audes a me quaerere, quid sit in hoc Scaligeri iudicio, quod a tua, & Tiraboschii sententia discrepet. Ego certe putabam esse aliquid: sed si nihil est, ut tu dicis, subscribe illi, & dic cum cl. Critico; multa esse Martialis epigrammata divina; nihil non vulgare esse in Catulli libris, & alia his similia, quae in iudicio Scaligeri continentur. Querere nunc, Clementine, illum Tiraboschii locum a me male latine redditum; eum pro *parvo in pretio, nullo in pretio* verti. Interea fatere, tam falsum esse, Martialem hoc in saeculo *parvo in pretio*, quam *in nullo* fuisse. An parvo in pretio ille fuisse dicendus erat, qui summis aliquot Poetis, & tot aliis, sive sum-

mis,

mis, sive infra summos placuisset? Nec solis Poetis, sed summo saeculi Critico ita placuisset, ut ipsi Catullo praeferreretur? Sed quam ingeniose hunc tu locum, ut pleraque alia, explicasti! *Aliud est profecto, ais, contemni, atque despici; aliud non magno in pretio haberi.* Belle: sed causae Tiraboschii non satis erat non magno in pretio habitum Martialem. Neceffe erat ut in parvo saltem fuisset. Nam poterat non magno in pretio esse, nec tamen esse in parvo; si nimirum mediocri in pretio fuisset. At, inquis: *Utro, si vis, profitemur, Poetam tuum eo saeculo despectum non fuisse; ac iidem negamus, magno, ac singulari in honore esse habitum.* Non aliud negatis, Clementine? Atqui id vobis satis non est, ut probetis, eum parvo in pretio fuisse; quod tamen vobis erat probandum. Nam non si non magno & singulari in honore fuit, continuo in parvo fuisse est credendum. Hic mihi explicas, quid sit despici, quid magno, ac singulari in pretio haberi. Opportune tu quidem; sed, ut modeste dicam, neque ego, ut utrumque illud quid sit intelligam, neque Lectores, quos me puto eruditiores, tua explicatione indigemus; neque eam alio pertinere posse intelligimus, nisi ut nebulae injiciantur veritati. Jam illud quam pulchre! *Si evincere studes, eum magno in pretio fuisse*

fuisse; frustra est omnino: tales enim rationes in contrariam partem retulimus, ut in eandem libram cum tuis impositae, multum proculdubio praeponderent. Itane, Clementine? Age sis; pone in una ejus librae lance lenes illos, & leves Catullianos, qui ob mite, & suave ingenium Catullo, tamquam Sirenium scopulo, adhaeserunt; pone siquid aliud habes. Ego in alia ponam imitatores Martialis, e nobilibus quidem Casanovam, Sannazarium, Ariostum. Nec tamen omnes ponam; nam ex ipsis tuis Catullianis possem aliquos in ea jure ponere. Ex his, qui qualescumque fuerint, erant hoc saeculo in delitiis Italiae, ponam eum numerum, quem dixi, & probavi. Ponam item judicium totius Romae, teste Jovio, non adulatoricis. Ponam nominatim praeclara Pontani, Beroaldi, & Criniti de Martiale judicium. Ad extremum ponam judicium Scaligeri, quod & cl. Tiraboschius, & tu satis callide omittebatis. Jam his a me in altera librae lance positus, expende, quaeso, Clementine, & vide utra earum praeponderet. Quod si tu non facis, facient eruditi, ad quorum tribunal me vocabas. At illud longe pulchrius. Praeterea, ais, *si caeteris argumentis pares simus, profecto vel unum Giraldui testimonium facit, ut superiores evadamus. Ex hoc intelligimus, nec omnia, nec plu-*

rima Poetae tui epigrammata ejus aetatis doctis placuisse. Nimis fidei, Clementine, tuis argumentis. Adeo, ut vel unum Naugerii sacrificium tibi satis esse posse existimem, ut superior evadas. Testimonium Giraldui levius est, quam tu putas, neque hujusmodi, ut tot rationibus alteri lanci a me impositis, praeponderare possit. Demus, verum dicere Giralduum, nec omnia, nec plurima Martialis epigrammata doctis placuisse. Quid tum inde? An id necesse erat, ut quemadmodum a Scaligero factum est, Catullo praeponeretur? Ego certe non arbitror; neque vero Scaliger arbitrabatur, qui in libris Catulli nihil non vulgare esse dicebat. Et hactenus quidem intra Italiam me continui, etsi non debebam. Nam quod tu saepius dicis, cl. Tiraboschiam de solis Italis loqui, video ego quidem; sed cur ita faciat, nec vero facere possit, non video. Erant eo saeculo extra Italiam multi, ac praeclari viri, qui in hac causa judicare possent: Quare igitur non ut de Italis, sic & de exteris loquebatur? Das tu hujus rei rationem satis lepidam. *Italis*, inquis, *scribebat*. Et ideo, Clementine, solos Italos judices afferre debebat? Vide, ne ob hanc ipsam causam Itali essent ei, si tam bona fide agebat, potius excludendi. Nam quid mirum, si Itali judices in quaestione inter Poetam



tam Italum, & Hispanum suo potius, quam alieno, causam adjudicarent. Tu ipse, ut iudicium Hispani Vivis in hac causa infringas, quo argumento uteris? *Non carer, inquis, omni suspicione, in his praesertim rebus, Judex ille, qui eadem, qua ipse qui defenditur, gente sit ortus.* Vide igitur, quare Catulli causam ad iudices Italos deferat Tiraboschius, cum eadem gente orti sint, atque ipse Catullus, qui defenditur; atque adeo, si tibi ipse credis, non careant suspicione. *Italis, inquis, scribebat.* Credo. Sed ut mihi videretur, neque Italis omnibus scribebat; sed Tarentinis, & Cossentinis, & Siculis, ut de se Lucillius vester ipsius Ciceronis iudicio facete quidem dicebat. Italis scribebat; sed illis, quibus fucum facere se posse sperabat; Italis vere doctis, & solida doctrina imbutis non scribebat; hi enim veras Italiae laudes norunt; falsis obrui nolunt. Ipse ille Giraldus, qui unus ex Italis doctissimis fuit, si cogitasset, fore ut aliquando sua verba ab homine Italo tam detorte acciperentur, & in contrariam suae sententiam desteterentur, numquam illa scripsisset. Vides, quod alias dixi, & saepius dicam, me Italiae tuae honori dum videor obesse, prospicere: te dum illi videris consulere, obesse.

Exeamus igitur jam ex Italia, & Hispaniam

am primum adreamus: in qua praeclaros harum rerum Iudices hoc saeculo fuisse, abunde probant Nebricenses, Villegates, Falconii, Perpiniiani, Legionenses, Montani, & id genus plurimi, quorum non multos vel similes, vel pares aut tu, aut tuus Tiraboschius in vestra Italia invenietis. Ad unum igitur Hispanum Vivem veniamus, quem ego non, ut tu dicis, *disfingulamter* obrufi; sed aperte, & manifeste produxi. Et cur aliter facerem? Tu tot Italos, ommissis externis, pro tuo Catullo adducis; ego unum Hispanum, eumque ab his partium studiis alienissimum, non adducere? Iudicem idoneum quaerebam, nec alius magis idoneus in tota Europa mihi occurrebat. Itaque & illud vere scripsi: *Ludovicum Vivem optime omnium in his rebus hac aetate iudicasse.* Quod adeo verum est, ut cum eo saeculo Treviri Reipublicae literariae constituendae maxime idonei quaerentur, Desiderius Erasmus Batavus, Guilielmus Budaeus Gallus, & Ludovicus Vives Hispanus, huic muneri destinarentur. Qui tamen difficili huic Provinciae obeundae ita idonei existimabantur, ut Erasmo eloquentia, Budaeo eruditio, Vivi iudicium communi consensu tribueretur. Vides, Clementine, quantum ponderis in hac causa iudicium Vivis habere debeat. Quale autem est illud? Quod ego in Episto-

pistola posui, & hic iterum ponam. *Ex Martiale*, inquit Vives, *obscaena rejicienda, in reliquo testimonio Plinii Caecilii credamus*. Hortatur igitur summus hujus aetatis Criticus sui saeculi homines, ut in judicando de Martiale, testimonio Plinii credant; oprat, inquam, ut totum saeculum XVI. Martialem summo in honore habeat. Laborat hic Tiraboschius, ut iudicium Plinii, tu ut illud, & simul Vivis eludas. Sed frustra laboratis. Nam quid tu ais? Vivem non sine exceptione laudare Martialem, quando obscena rejicienda esse pronuntiat. Ingeniose, Clementine; verum nihil id causae tuae prodest. Putas a Vive sine exceptione laudandum Catullum, & qui a Martiale obscaena rejici voluisset, eadem in Catullo vellet relinqui, ut lepiduli vestri possent ea amplecti, & suaviari? Atqui pro numero quidem epigrammatum longe plura sunt in Catullo obscaena. Unum est discrimen, quod multa ex obscaenis Martialis ejusmodi sunt, ut aliquo fortasse colore excusari possint, ut a Domitio Veronensi, & Nicolao Perotto Episcopo Sipontino excusata sunt. Corrigere volebat Martialis Romanorum sui temporis vitia: ideo amaram illis medicinam porrigebat. Jam prodesse haec nullo modo poterat, nisi libri ejus legerentur. Quid ergo facit Poeta? Labra vasis dulci mellis liquore linit, ut ille-

ti

ti Lectores, perpotent amarum laticem, & decepti non capiantur; quod minus opportune Lucretius vester, unde haec verba sumsi, faciebat. Facit id quidem nonnumquam Martialis nimis licenter, & latine, & verbis, ut ajunt, dominantibus. At inquit non pauci viri eruditi: id aliquando, & Christiani Oratores faciunt, ut in vitia sacro fervore abrepti liberius invehantur, & sine ullis ambagibus illa suis nominibus exagitent. Vides igitur, Clementine, causam Martialis ab hac quidem parte meliorem esse, quam Catulli; certe non deteriorem. Nam quid excusationis habere potest Catullus, cum assidue in immundissimo hoc luto volutatur?

Sed quoniam hac exceptione nihil profeceris, videamus, an saltem alteram iudicii Vivis partem feliciter eludas. Interpretaris tu quidem Plinii verba sic, ut vix quidquam ex illis laudis in Martialem elici posse contendas. Nam frigida ibi omnia sunt verba prae illis, quibus idem Plinius alios laudare solet. Praescribe mihi, Clementine, formulam, ex qua Hispani laudandi sint, ut eorum laudes verae tibi videantur. Praescribe item formulam, ex qua vituperandi sint Itali, ut eorum verae tibi videantur vituperationes. Nam tuus agendi modus hic fere est: laudat quis Hispanum modeste? Tu modestiam frigiditatem interpretaris,

E

&

& laudanti non credis. Laudat paulo ornatus? Id ipsum suspectum habes, & laudem, non jam laudem, sed assentionem esse dicis. E contrario, laudat quis Italum? Statim tu in laudantis laudes excurris, & singula ejus verba in majus auges, & amplificas. Vituperat? Illum, quantum potes, extenuas, & vituperia pro nihilo habenda esse vis. Video hoc etiam didicisse te ex cl. Tiraboschio; & ideo & tuas, & illius artes incautis Lectoribus aperio. Jam igitur illud testimonium Plinii, quo, si tibi credimus, nihil potest esse jejunius, plerique omnes maximum existimant. Functius certe luculentum, quin & ipse Tiraboschius perhonorificum appellat. Et vere quidem; neque nisi maximum esset, & luculentum, & perhonorificum, a Vive usurparetur; non, inquam, illud sui saeculi hominibus proponeret, ut eis pro norma ad judicandum de Martiale esset. Sciunt profecto eruditi, nec tuus Muretus in illa ipsa epistola, in qua Hispanum Poetam scurram de trivio dixit, dissimulare potuit, a Vive Martialem Catullo anteferri. Jam tibi verosimile videtur, ut si testimonium Plinii non esset tale, ut ex illo Martialis Catullo major posset probari, ad illud suae aetatis homines Vives relegasset? Oprabat certe Hispanus Criticus, ut saeculi sui homines, quemadmodum ipse de Mar-

Mar-

Martiale sentiebat, ita & illi judicarent; & a de causa judicio Plinii Caecilii eos credere volebat. Quaecumque igitur reapse fuerit Plinii testimonium, judicio Vives maximum erat. Atque adeo, si volebat suum saeculum Plinio credere, volebat, Catullum minorem, quam Martialem epigrammatarium ab eo judicari. Quod si me roges; cur ita saeculum suum corraretur Vives ad judicandum de Martiale; ea mihi videtur causa longe verosimillima. Videbat Hispanus Criticus, Martialem toti orbi Romano aetate argentea in deliciis fuisse; videbat saeculo XV., cum gustus in literis renascebatur, mirum in modum placuisse; saeculo autem XVI. etsi pluribus vehementer probaretur, coepisse tamen aliquos vestigia majorum deserere; & verebatur, ne minus cautos in suas partes contra doctiorum sensum pertraherent. Ideo homines suae aetatis monebat, ut Plinio crederent; a novis quibusdam Criticis imponi tibi non sinerent. Ex his, quae a me dicta sunt, facile potes intelligere, quale fuerit iudicium hujus saeculi de Martiale, & quam falso scripserit Tiraboschius, eum aut *nullo*, aut *parvo in pretio* fuisse.

IV. *Observasse se „ saeculo XVII. omnibus in deliciis fuisse... O animadversionem veve ridiculam!* Haec est altera pars jucundae animad-

E 2

ver-

versionis, peraequè falsa; certe peraequè inutilis, ac prima. Non nego, ingeniosè haec animi adversa ab auctore Historiae literariae. Vidit enim, ejusdem esse, qui bonis, & gustus incorrupti viris displicisset; malis, & gustus corruptissimi placere. Atque adeo malam Poetam Martialem non uno, sed duplici nomine persuadere voluit: & quod saeculo XVI. displicisset; & quod saeculo XVII. in deliciis fuisset. At ego totum hoc aliter interpretabar; nimis enim tam manifestam, & perspicuam, & oculis expositam esse hujus Poetae in suo opere praestantiam, ut non solum optimi gustus viri, quales erant saeculo XVI., sed etiam illi absurdioris palati, qui florebant XVII., illam perspicerent. Et quidem illam perspexisse, illud magno argumento est, quod spreis Volaterranis, & Joviis, quos vos praeclaros habetis Duce, etsi Farnabius in censum infelicium Criticorum referat; maluerunt summorum virorum aetatis argenteae, & saeculi XV., & XVI. sententiae subscribere.

At tu, Clementine, ingeniosam Tiraboschi animadversionem multo etiam ingeniosius pergis defendere. Veras, me hoc saeculo exire ex Italia, & incorruptos Judices extra illam quaerere. Dicam vere, nihil unquam a te excogitatum ingeniosius. Ita nullam mihi viam ad

de-

defendam Hispani Poetae innocentiam reliquissimi. Nam si ejus causam ad Italos judices deferro, eamque Martiali addicunt; ais, eam sententiam non solum Poetae non prodesse, sed obesse etiam plurimum; quia Itali hujus saeculi Judices sunt corrupti. Si vero illam ad externos judices transfero, quos tu scis hoc saeculo integros, & incorruptos; negas id mihi liberè; eo quod Auctor Historiae literariae non de exteris, sed de Italis loquebatur. At ego hujus ipsius facti rationem poscebam: quare, cum cl. Auctor non ignoraret, hoc saeculo, quo in Italia literarii judices gustus essent corruptissimi, apud externas Gentes fuisse optimi, & plane incorrupti; causam Hispani Poetae ad corruptos Italiae, non ad incorruptos extra Italiam judices referre voluerit? Dicamus quod res est; eos volebat in hac causa judices Tiraboschius, ut si secundum Martialem sententiam dicerent, posset eam contemnere: imo posset ea contra ipsum Poetam abuti. Siramus igitur, Clementine, Auctorem Historiae literariae Italis suis fucum facere; & integros Judices, quando in Italia, ut vultis, non sunt, extra Italiam quaerere pergamus. Franciscus Vavaffor (quo homine a saeculo Augusti ad nostra haec tempora, his quidem in rebus peritiorum, & sanioris gustus, sunt qui velint,

fuisse

fuisse neminem) Martialem in arte epigrammatis summo opere laudabat. *Sed Vavassoris, inquit, verba nihil continent eorum, quae a nobis refutantur. Quando enim negavimus, Martialis libros ad eruditionem, ut ipsius Critici verbis utar, & copiam latini, Poeticique sermonis esse peruriles?* Tu velles, Clementine, ut singula uniuscujusque auctoris verba errores vestros omnes universim convellerent; quod fieri non potest. Ea quidem verba, quae hic a me sunt allata, eo tempore scripsit Vavassor, quo tempore nondum ad scribenda epigrammata animum applicuerat. Ait igitur, se jam tum Poetam, nondum autem epigrammatarium, ad lectionem Martialis ideo accessisse, quia ejus libros doctissimorum omnium Gallorum judicio ad copiam latini, Poeticique sermonis peruriles intelligeret. Expecta tantisper, dum Vavassor in animum inducat suum, sibi ab epigrammate gloriam comparare. Statim videbis, eum huic Poetae totum se tradere; eum in arte sequi, etsi munditiam Catulli arti Martialis conetur adjungere. Debebas, Clementine, ut Vavassoris sententiam posses intelligere, his verbis, quibus abusus es, addere illa alia, quae ego in epistola mea posueram: *Alii totam artem epigrammaticam ex iis fere, quae in illius epigrammatis observata sunt, natam pu-*

*rent.*

*tent.* Unus enim ex his aliis, qui totam artem epigrammaticam ex iis fere, quae in Martialis epigrammatis observata sunt, natam putabant; erat Vavassor, ut ex nota ad oram apposita, discere potuisti. Jam si illam adisses, vidisses plane in Vavassoris verbis contineri omnia, quae a vobis negantur. Nam quid negatis vos? Hispanum Poetam optimum epigrammaticarium fuisse. Quid Vavassor affirmat? Ab iis fere virtutibus, quae in ejus epigrammatis observatae sunt, natam esse artem epigrammaticam. At fieri non potest, ut non optima ea sint epigrammata, ex quibus ipsa ars epigrammatica nata est.

Sed ne haec ipsa, quae infringi nullo modo possunt, tentes eludere; adducam integram Vavassoris sententiam, quae eo loco est, ubi hujus Poetae notatas a nonnullis superlatioes, defendit. *Sexcenta, inquit, licet ejusmodi proferre, ex quibus appareat, non tantum non alienas a Poeta nostro superlatioes, sed etiam hujus esse Poetae maxime proprias. Nam quod eo rem nonnulli deducunt, ut Martialem improbare malint, quam hyperbolas, tantas praesertim, probare; attendant ipsi, & considerent, si in sua cuique arte credi oporteat, quid non sit artis auctori, & Parenti credendum; cujus ex scriptis propemodum unius ars manavit, sumpta pra-*

*E 4*

*cepta*

cepta fuerint, omnis disciplinae, & institutionis, observationumque petita ratio. Accedit illud scire, & prudenter dictum Quintiliani; quod utinam audaculi Juniores numquam deponant e memoria: modeste, & circumspetto judicio de tantis viris, magnis videlicet auctoribus, pronuntiandum est, ne, quod plerisque accidit, damnent, quae non intelligunt. (lib. de epig. C. 13.

Nec putes, Clementine, hoc tam illustri tanti Critici loco me abufurum, ut omnia, quae vel ex eo solo possem, in tua epistola lenius, & levius quam oporteret, dici ostendam. Quod si facerem, aeternum erat de toto Tiraboschii judicio, ut & de tota tua defensione. Illud unum te amicè moneo; haec scribi ab hominè harum rerum peritissimo, & praeterea Hispanicae gloriae infensissimo. Unde neque illius dictum possis spernere ob imperitiam; multo etiam minus ob assentationem. Et quidem artis epigrammaticae peritissimum Vavasorem, aureus ab eo super hoc argumento scriptus Liber testatur. In quo non pauca observavit, quae Scaliger, & Giraldus, & alii perquam diligentes, & idonei Critici, qui ante illum de epigrammate praeceperant, non viderunt. Gloriam autem Hispanorum, quam, arrepta unde libet occasione, minuere conatur, invidum, multa, quae in ejus operibus leguntur, clare pro-

probant. Sic ut a Morhoffio, ad quem Hispanorum gloria minus pertinebat, hoc nomine reprehendatur. Ego autem unum tantum exemplum asseram, ex quo valde eum hac vel invidia, vel aemulatione Hispanae gentis arsisse, & simul rei epigrammaticae peritissimum fuisse, comprobari possit.

*In Biblia Parisina Michaelis Jaii hominis Galli  
multo Antuerpianis Philippi II. Hispaniae  
Regis praestantiora.*

**D**um pugnaret Iber totum Rex bella per orbem,  
Ille solo victor maximus, ille mari:  
Ne Proceres parte ex omni non vinceret omnes,  
Immenso sacros edidit aere libros.  
Verum ubi Rex Regi Gallus par venit Ibero,  
Et docuit justa plus vice posse pari;  
Privati didicere; neque haec modo gloria Regum;  
Forfan & in populo, qui superabit, erit.  
Haud mora: centenis Gallorum e millibus unus  
Suscipit auspiciis bella, geritque suis.  
Jam meus est sat victor, ait, Rex Marre, gerenda  
Res mihi Palladiis artibus ampla venit.  
Esperiar: dixit, censusque effusus avitos,  
Sacra dedit cultu nobiliore legi.  
Confer: Rex ferro, Privatus dimicat auro;  
Dat geminas hostis victus utriusque manus.

Jam

Jam Gallus Vavaffor, qui Gallica omnia libenter auget, & Hispana minuit, nunquam in eam cogitationem venit; ut e sua Gallia Poetam ullum recentiorum temporum Martiali aequaret, nedum praeferret; quod tu, Italorum tuorum amore delinitus, faciebas. Idem cum Italiam vestram non ita limis oculis aspiceret, ut Hispaniam; non ausus est vestrum Catullum Hispano Martiali praeponere. Quod si ulla ratione facere se posse credidisset; fecisset ille quidem certe, saltem ut hanc literariam gloriolam Hispanis auferret. Fecit igitur, quod aliqua juris speciei vidit se posse facere: ut Hispano Poetae aliquid de gloria eriperet, principatum rei epigrammaticae, ut ipse notat, jam per se satis exiguum, divisit tamen, & in altera ejus parte Martialem, in altera Catullum regnare voluit. Divisit, inquam, epigramma in simplex, quod a munditie, & venustate, & compositum, quod a vi, & acumine commendaretur: Illius Catullum, hujus Martialem Principem fecit. Cum autem ipse ad scribendum accessit, etsi ex utroque unum facere studuerit, at nihil ex Catullo praeter munditiam, & elegantiam dictionis; reliquas epigrammaticas virtutes ex Martiale sumxit. Quod autem artis epigrammaticae auctorem, & parentem Martialem dixerit, mirum tibi videri non debet.

bet. Probavit enim statim, quod dixerat, ea nimirum ratione, quod ex ejus scriptis prope modum unius ars epigrammaticae manarit, sumpta praecepta fuerint. Quod ipsum non uno, sed duplici modo factum, in meo de Principatu Martialis opere demonstravi. Ibi, inquam, ostendi, regulas, quas nunc hujus poematii habemus, non tantum ex illis virtutibus, quas in Martialis epigrammaticae recentiores observarunt, esse natas; sed ex ipsis praeceptis, quae Hispanus Poeta tradit, compositas. Haec ego cum animadvertissem; ipsa Martialis praecepta in unum colligere, & in legis formam redigere conatus sum; quam legem in Areolae Academia jam pridem recitavi, atque hic nunc adjungam; & hac opportunitate utens, de toto epigrammaticae, & operis epigrammatici artificio paulo accuratius disseram. Sic, quare non solum a tuo, & Tiraboschii tui, sed etiam a communi hujus saeculi eruditorum, cum Italiae, tum Galliae, atque Hispaniae judicio recesserim, poteris semel intelligere; nec saepius mihi eadem, dum tuis vestigiis insito, erunt repetenda. Obsecro te, Clementine, ut hanc epistolae meae partem diligenter legas, & attente cogites, num ex ea Principatum epigrammaticum Martiali, non Catullo jure deberi, solide, & vere efficiatur. En igitur illam.

*Lex*

- Mneis, qui ab epigrammate famam endo-  
pisci volunt, huic legi caste obtemperanto.
- I. Serium hunc esse ludum, serio sibi persua-  
dento.
  - II. Majora poemata Tragicom, Epicom prae illo  
ludicra existumanto.
  - III. Ni probi sient, ad scribendum ne accedunto.
  - IV. Primus in Epigrammatis virtuti honos esto.
  - V. Vitia ridendo carpuntor: Personae inlaesae  
sunto.
  - VI. Fellis, salis, piperis plurimum habento.
  - VII. Urbano joco utuntor: a mimico, & scur-  
rili abstinento.
  - VIII. Sic emendate, ut & Grammaticis place-  
re possint, loquuntor: Sine Grammaticis ta-  
men intelliguntor.
  - IX. Brevitas, claritas, argutia, ut tres epigram-  
matis Gratiae, coluntor.
  - X. Queis nihil insit, quod demi possit, longa  
ne censentor.
  - XI. Disticha si redundassint, in brevibus ne  
reponunto.
  - XII. Volgi securi, raris auribus placere studento.
  - XIII. Difficiles nugas Graeculis relinquuntor.
  - XIV. Undenis vel syllabis, vel pedibus fere  
incedunto.

XV.

- XV. Jambis dimetris, trimetris, choliambis lo-  
com danto.
  - XVI. Solis exametris, nisi rarenter, ne abutuntor.
  - XVII. Si tetrasticha quaedam bene, ne conti-  
nuo & librum cessurum similiter, arbitrantor.
  - XVIII. In libro bona, mediocria, mala permi-  
scentor.
  - XIX. Idem, aequalis si fuerit, malus esto.
  - XX. Gulosum nimis lectorem ab eo arcento.
  - XXI. Qui sine pane satur non fiat, hunc op-  
tando,  
Qui secus faxint, averso Apolline, Musis, Gra-  
tiis, versus conscribillanto, ungueis conrodun-  
to, alii quam sibi non placento.
- Video, nonnulla praecipii hac lege Valeria,  
quae non omnibus facile arrisura sint. Quare  
ea non sine causa esse rogata, brevi ostendam.  
Et quidem adeo serium ludum esse epigramma,  
quod in capite legis primo dicitur, ut ei ma-  
jora poemata praeferrere non debeant, probat  
Martialis, ubi majorum poematum Auctores  
magis lucere, quam epigrammaticos docet;  
cum illi in fabulis versentur, ad oblectandum  
maxime inventis; epigrammatici vero in  
formandis hominum moribus, & in inferendis  
virtutibus, & evellendis vitiis toti sint. Unde  
& illud erat consequens, Poetas epigrammaticos,  
ut publicos morum censores, & Magi-  
stros,



gistros, a probitate debere esse commendatos, neque aliter ad scribendum accedere. Eosdem si suum munus rite velint, & cum lectorum voluptate obire, non uno genere reprehensionis usus, sed modo sale, modo felle, modo pipere eos, quos corrigunt, aspersuros. Reliqua usque ad XVII. legis caput facilia sunt intellectu; nec illud valde difficile, nimirum non eandem esse difficultatem in uno, vel altero epigrammate, atque in libro recte conscribendo: primum mediocribus saepe Poetis contingere; secundum nisi summis contingere non solere. Equidem quum ego primum epigrammatarium principatum jure Hispano Poetae deberi, in animum meum induxi: non ideo sic existimabam, quod in singulis epigrammatis alios omnes vincat; sed quod in libri, sive operis epigrammatici pulchritudine, & absolute omnibus multum antecedit; quae res, & majoris artis est, & difficultatis; cum in tali opere praecipua morum, & vitae institutio esse debeat, & praeterea mira varietas, & singularis eruditio, ne severa virtutum praecepta minus jucunda fiant lectoribus. Has ego praeclaras dotes in Martiale prae Catullo, & aliis omnibus Poetis admirabar; & his totius operis virtutibus, non illis singularum partium, principatum deberi censebam; tamen & in his volebam,  
Prin-

Principem futurum non modo non jacere, sed supra vulgus Poetarum asurgere.

Jam quae in sequentibus capitibus 18. & 19. dicuntur, & auctorem historiae literariae labi fecerunt, nihil habent absurdi; nam talis epigrammatum inaequalitas ad totius operis pertinet perfectionem. Quod bene Juvenius ad hunc Martialis locum notavit; & summa a pictura vel similitudine, vel comparatione declaravit. Nam & pictura umbris indiget, ut sit perfecta; & si illis careat, non modo minus perfecta erit, verum etiam nulla. Sint igitur in opere epigrammatico aliqua, quae quasi lux splendeant, sint alia, quae tamquam umbrae illorum splendorem adjuvent; nec desint media quaedam, quae tamquam nodi, sic omnia temperent, ut neque a luce ad umbram, neque ab umbra ad lucem, nisi eorum interventu transeat. Sic tota pictura, sic totum epigrammaticum opus erit perfectum, & suis numeris omnibus absolutum. Ad haec; quae in opere sunt minus illustria, & tamquam umbrae, & ipsa vel ab eruditione, vel a morum institutione, aut alia simili laude commendentur; quod in Martiale fit miro sane artificio, & ab hodiernis ejus censoribus minime observato. Hoc tu, Clementine, si observabis, fortasse ob summam hanc operis utilitatem, vel gratiam, & eruditio-

tionem eum tuo Catullo antepones. Videbis etiam, hanc ipsam eruditionem tam multiplicem, tam variam, tam in loco positam, non casu Poetae, ut tu putabas, sed arte & industria contigisse. Nam si casus tantam eruditionem, tam praeclaram parere, & disponere potest, quid causae est, cur nulli vestrorum Poetarum simile aliquid casus umquam pepererit? Scis, Clementine, quemadmodum caeteri Philosophi in hunc ipsum casum, ab Epicuri grege quasi inter Deos relatum, soleant disputare: nimirum numquam fore, ut si literae alphabeti temere in terram vel centies millies projiciantur; in formam vel Aeneidos Virgilii, vel Iliados Homeri coalescant. Jam id ipsum, quod illi de alphabeti literis, ego de tam variis, & pulcherrimis eruditionis notis dico: nunquam eas tam idoneum, tam ad delectandum, & docendum accommodatum locum fortiri potuisse, nisi summa Poetae arte, & industria. Cave enim putes, (quod quia non vultis intelligere, dicendum est mihi saepius) hoc opere Hispani Poetae potuisse fieri quidquam artificiosius. An putas sine causa Martialem a L. Vero suum Virgilium solitum appellari? At mihi velim credas, non temerè a tanto viro sic de Hispano Poeta pronunciatum. Scio, ad hanc Lucii vocem risum Giraldum vestrum vix tenuis-

nuisse; quid enim, inquit, Martiali cum Virgilio? Si utrumque Poetam, ut vulgo fit, *leniter, & leviter* inspicias, nihil omnino: at si in utriusque opus te insinues, & ad intima pervadas; si, inquam, quàm solerter uterque Poeta veram Romae effigiem futuris saeculis ante oculos ponat, & doceat quibus artibus Romani ad orbis imperium pervenerint, consideres; facile videbis, eandem, certe simillimam esse utriusque operis formam: primas religioni partes in Heroismo ab utroque tributas, eamque cum reliquis virtutibus a Virgilio in Aenea, ejusque sociis; a Martiale in Tito, vel Germanico, vel, si mavis, in Trajano, atque aliis & suorum, & priorum temporum Romanis, ad vivum fuisse expressam: ita tamen, ut cum hunc ex omnibus virtutibus exurgentem Heroismum efformasset, & veram ad felicitatem viam Romanis ostendisset, hanc ipsam & variis floribus asperferit, & multa austerioribus praeceptis jucunda admiscuerit; quo melius in eorum animos, quibus prodesse volebat, illaberentur. Cum igitur haec operis epigrammatici constitutio, & forma in Martiale sit propemodum divina, in Catullo vero, atque aliis sive Graecis, sive Latinis nulla, vide, Clementine, num principatus epigrammaticus non optimo jure Hispano Poetae, vel hoc solo nomine tribuatur. F Nec

Nec in ipsa singulorum epigrammatum forma, & quasi essentia ulli aliorum Poetarum cedit Martialis; vide, ne omnibus antecellat. Quod tute ipse mecum fortasse fateare, si in quo ista consistat, antea ex Vavassore didiceris. Haec igitur sive essentia, sive forma epigrammatis est quaedam argumenti tamquam materiae indicatio, vel expositio, & quidam illud pertractandi modus epigrammati peculiaris, & proprius, quem Scaliger non vidit, vel cum vidisset, praetermisit. Hunc Vavassor non modo animadvertit, sed & diligentissime perpendit, & in quo ille consisteret, declaravit. Est igitur proprius hic epigrammatis modus quaedam totius operis conformatio, rotunditas, & absolutio epigrammati propria, qua a caeteris Poematis distinguitur. Haec qualis sit vix intelligi potest, nisi epigrammata cum aliis Poematis comparentur. Facit id scitissime Vavassor collatis inter se quibusdam Martialis epigrammatis cum certis locis e satyris Juvenalis super iisdem argumentis, quae & a satyrico, & ab epigrammatario Poeta erant optime pertractata. Placet & mihi imitari in hoc Vavassorem, & quaedam a me elegiaco olim modo composita, nunc epigrammatario pertractare. Notus tibi est locus ille meae ad Eminentissimum Principem Scipionem Cardinalem Bur-

ghé-

ghesium elegiae, quem ut plane Ovidianum ipse laudabas: erat autem ejusmodi:

*Cum mihi jam senio languerent corpore vires,  
Nec foret ad versus, qui vigor ante fuit:  
Consului Phoebum, num pristinus ille redire  
Arte aliqua posset Vatis in ossa calor.  
Ne dubita, dixit Phoebus, calor ille redibit,  
Atque nova fies arte Poeta novus.*

*Aude ait, O veris enarra versibus acta  
Scipiadae magni: non gravis iste labor.*  
Vides, Clementine, nihil hic epigramma redolere; omnia more elegiaco dici. Vis, ut eadem elegiae naturam exuant, epigrammatis induant? Fiet.

*Consului Phoebum, num primus in ossa redire  
Arte calor posset, quaque redire via.  
A senio ad primam si vis remeare juventam,  
Phoebus ait; magni Scipiadae acta cane.*

Vides & argumentum, & inventionem, & sententiam, imo & verba fere eadem esse in utroque; & tamen modum conformandi, absolvendi, & rotundandi operis longe esse diversum: in primo nimirum elegiacum, in altero epigrammatarium.

Demus aliud exemplum ex eadem elegia, ex eis quidem verbis, quae ad superiora proxime sequuntur.

*In re tam facili cuius licet esse Poetae:*

*Sponte sua ad numerum libera verba cadunt,  
Non opus hic fingas, nam quid finxisse iuaret?  
Scilicet ut veris ficta minora forent.*

*Nonne vides, populi quantus sermone feratur?*

*Materies populum non sinit esse rudem.*

*Tu populi voces numeris astringe: Poeta*

*Talis eris, qualem saecula prisca velint.*

Omnia item hic ad elegiae modum conformata. Rotundemus eadem, & in formam epigrammatis redigamus.

*Scipio, sic populus laudat te, ut qui esse Poeta*

*Opret, ab hoc voces debeat accipere.*

*Quas simul ac Vatum numeris astringerit, illum*

*Antiquis videas Vatribus esse parem.*

Jam nihil hic elegiaci Poetae, omnia epigrammatici esse vides. Ab hac epigrammatis essentia nascuntur praecipuae tres illius proprietates, Brevitas, Claritas, Argutia; quas nos in Lege Valeria tamquam tres epigrammatis Gratias colendas esse dicebamus. Et vero quod Brevitas propria sit hujus Poemati, vel inde facile probatur, quod epigramma ab inscriptione, cujus nomen retinet, originem duxerit. Male autem naturam inscriptionis referret, si abiret in longitudinem. Claritas, etsi in omni non modo Poemate, sed in soluta etiam oratione laudari soleat, multo ta-

men

men plus in epigrammate laudis habet; idque ob eam causam; quod iis, qui breves esse laborant, fere accidat, ut obscuro fiant. Atque adeo fieri non possit, ut Claritas brevitati conjuncta magnam huic Poematio gratiam non conciliet. Argutiam quoque non sine ratione inter epigrammatis proprietates numerari, inde apparet, quod inscriptiones Veterum sepulchrales, eo quod sepulchra propter publicas vias essent, sententiam aliquam, qua viatores de mortalitate monerentur, saepe incluserint. Atque hanc argutiam in fine epigrammatis praecipue locum habere, convenit inter omnes: ita tamen ut a reliquo epigrammatis corpore non ideo excludatur. Imo, ut Scaliger, & Vavassor docent, illud epigramma est longe omnium perfectissimum, & absolutissimum, quod cum multas a principio argutias contineat, & prope in unoquoque disticho absolutum videri possit; in fine tamen aliquid de novo argute concludit. His, quae ex ipsa rei natura desumpta sunt, positus principiis, jure mihi videor posse concludere, Martialem bonum sane Poetam, & omnibus etiam aliis praefendum. Certè origini epigrammatis nemo Poetarum magis eo accessit; ut qui habeat inter sua epigrammata tot varii generis inscriptiones, ut vel hae solae possint omnia epigrammata Catulli nume-

F 3

10

ro superare. Effentia epigrammatis nusquam melius, quàm in ejus Libris lucet. Ac ne de brevitate, & claritate primis epigrammatis virtutibus dubium esse potest, quin in illis vel nulli cedat, vel omnes vincat Martialis. Sed ne quid diffimulem, de tertia, sive argutia, nobis litem hodie intendunt, idque dupliciter. Alii, quod nullam argutiam in epigrammatis fine velint; qui tamen quoniam communi sensui repugnant, ridendi potius, quam redarguendi sunt. Alii cum argutiam in univèrsum non damnent, volunt eam veris, non falsis sententiis, quales dicunt Martialis esse plurimas, contineri. Hos autem duplici titulo labi existimo; & quod falsas, ut vocant, sententias, contra exemplum, & auctoritatem optimorum Poetarum, & Criticorum, qui cum Romae, tum in Graecia saeculo aureo floruerunt, ab epigrammate excludant; & quod tales in Martiale plurimas esse dicant. Jam si primum vicerimus, causa nulla erit, cur in secundo nobis laborandum sit. Illud igitur probemus; & falsas, quas vocant sententias, non alienas esse a Poeta, praesertim Epigrammatario, exemplis optimorum Poetarum saeculi aurei demonstramus. Tiro Laurea Ciceronis Liberrus, & ejus in gustu literario quasi magister, de fonte, qui in Academia Ciceronis esset, & cujus aquae oculorum lan-

languorem levare credebantur, sic scribebat:  
*Quo tua, Romanae vindex clarissime linguae,  
 Sylva loco melius surgere jussa viret,  
 Atque Academiae celebratam nomine villam  
 Nunc reparat cultu sub poriore verus:  
 Hic etiam apparent lymphæ non ante repertæ;  
 Languida quæ infuso lumina rore levant.  
 Nimirum locus ipse sui Ciceronis honori  
 Hoc dedit, hac fontes cum perfecit ope.  
 Ut quoniam totum legitur sine fine per orbem;  
 Sint plures oculis quæ medeantur aquæ.*  
 Vides conclusionem ingeniosam, & bellam, sed prorsus falsam. Audebis eo nomine pulcherrimum epigramma condemnare? Quid ni? in-  
 quies. Condemna igitur; verum antea lege sis, quæ Vavassor de Gallo quodam, qui id ipsum facere erat ausus, ad Montauserium scribat: *En tamen inventus, Montauseri, paucis ante annis,  
 hac ætate nostra, quod ad saeculi decus, si superis placet, pertineat; qui celeberrimum epigramma sententia sua condemnet; arque explodat; stolidè, non dubito, sed qui causam judicii sui, & condemnationis afferat stolidiorem.* At quamnam, Clementine, causam eam putas, quam optimus criticus Vavassor stolido judicio stolidiorem vocat? Ea plane ipsa, quam vos hodie ad condemnandum Martialem, & ejus imitatores afferre consuevistis. Non ideo tamen

pates, Clementine, quidquam simile vel in te, vel in Cl. Auctorem historiae literariae umquam me esse dicturum; Illud tantum referre volui, quod Gallus Criticus de Gallo epigrammatum collectore, qui ita ut vos, de his rebus judicabat, dicere non dubitavit. Idque ea de causa, ut diligentius examinetis, num ad ita judicandum verae sapientum leges vos impulerint; an quaedam falsa, etsi communis, quorundam nostri temporis hominum persuasio.

Accedat Laureae Ciceronis Liberto latinorum Poetarum Princeps Virgilius. Nostri celeberrimum ejus, & aevo Augusti laudatissimum epigramma; quodque ipse Augustus tanti fecerit, ut Auctorem diligenter perquiri jusserit, ut eum pro merito muneraretur.

*Nocte pluit tota, redeunt spectacula mane:*

*Divisum Imperium cum Jove Caesar habet.*

Quo tamen epigrammate, si ad vestri gustus regulas exigatur, nihil ineptius fieri potuit, nihil frigidius. Nam rogo te, ex eo quod casu acciderit, ut cum Romae spectacula celebrarentur, post nocturnam pluviam dies serenus illuxerit, concludi vere poterat, Augustum die imperare, Jovem nocte; vel, ut Poeta ait, Caesarem divisum cum Jove imperium habere? Nemo sanus id dixerit. Et tamen sani fere omnes epigramma illud ut optimum in Coelum

lum ferunt. Nihil igitur impedit sententiae falsitas, quominus possit optimum esse epigramma.

Adjungamus Principi Poetarum subtilem, & callidum veterum Poetarum judicem, & summum aetatis suae Criticum; & in eo quidem opere, in quo vitia Poetarum reprehendenda susceperat, & sanas de tota Poesi statuendi leges tradebat. Adjungamus, inquam, Virgilio Horatium, qui in satyra lib.2. prima inducit Jurisconsultum Trebatium, se a scribendis satyris sic deterrentem:

*... Caveas, ne forte negoti*

*Incuriat tibi quid sanctarum inscitia legum.*

*Si mala condiderit in quem quis carmina, jus est  
Judiciumque.*

Quid ad haec Jurisconsulti verba Horatius?

*... Esto, inquit, si quis mala; sed bona si quis  
Judice condiderit laudatur Caesare; si quis  
Opprobriis dignum latraverit, integer ipse;  
Solventur risu tabulae; tu missus abibis.*

Vides, luisse hic Venusinum Poetam, ut nunquam facit Bilbilitanus, in ambiguitate verbi, & mala carmina primo loco pro maledicis, altero pro his, quae contra leges artis essent, usurpasse. Condemna igitur, Clementine, Lauream, condemna Virgilium, condemna Horatium, a falsis sententiis laudem captantes. Jam

sum

tum minus iudicium tuum formidabo; imo gloriae ducam; cum videam, perinde te de Laurea, Virgilio, Horatio, ac de Martiale iudicare.

Neque ex his laqueis Malfattus noster te expediet, qui in suis Mathematicis plus antiquis videre se putat, & interdum videt. Non, inquam, te expediet; nam longe est diversa illius, & tua causa. Ibi enim de investigandis obscurissimis rebus agitur; in quo non omnia vidisse antiquos, omnes fatentur; hic vero de gustu in his amoenioribus Graecorum artibus, & disciplinis; in quo Graeci, & Latini optimorum temporum provera gustus regula semper sunt habiti. Sumamus exemplum ab ea, qua tu maxime delectaris, Pictura; nam scis, quam inter se similes Pictores, & Poetae semper fuerint. Quis Pictorum nostri saeculi Appellis, Timantis, Protogenis pingendi modum, & de arte sua iudicia non probat? Cur igitur nos, qui in tot aliis Pictorum similes, vel potius alio colorum genere Pictores esse volumus, illorum exemplum non sequamur? An adducta a me exempla Laureae, Virgilii, & Horatii rara Augusti aetate fuisse voles, & in his tres, licet clarissimos, Poetas communem, & aliorum vestigiis impressam viam reliquisse? Ut ita esset, non nihil id ipsum meam causam adjuvaret; libere enim dico: quod talium vi-

rorum exemplo fit, jure fit. Unde enim novum jus Poeticum manasse credis, nisi ex his, quae in veterum Poetarum libris sunt observata. Sed longe abest, (quod tu omnium optime scis) ut tanti viri communem tunc viam reliquerint, novam, & ad eam diem ignorantam sibi aperuerint. Ne multos recenseam, solus Plautus multorum instar esse possit; qui tam creber est in falsis hujusmodi sententiis, ut fortasse modum excefferit. Ipse Catullus, cujus tu causam agis, etsi non semper argutiam fuerit affecutus, frequenter illam sectatus est; imo in hoc ambigui genere, pro numero quidem epigrammatum, frequentior esse solet quam Martialis. Ejus est illud ad Furium epigramma.

*Furi, Villula nostra non ad Austri  
Flatus opposita est, nec ad Favoni,  
Nec saevi Boreae, aut Apheliotae;  
Verum ad millia quindecim & ducenta.  
O ventura horribilem, atque pestilentem!*

Ac ne putes, me ambiguitatem ibi, ubi non fit, videre; dabo explicationem Mureti. Jocatur, inquit Muretus, in ambiguitate vocabuli *opposita*. Et dicit non eo incommodam esse Villam, quod ad hujus, aut illius venti flatum opposita sit, sed quod opposita sit pignori pro tanta pecunia, ut nihil jam sit, cur eam Furius suam dicere debeat.

Nec solis Poëtis aureæ aetatis familiare fuit hoc jocandi genus, sed etiam Oratoribus; cum tamen a severitate judiciorum, in quibus hi versabantur, videri posset alienius. Unus Tullius tam multa nobis suppeditare potest, ut solus sufficiat; & suppeditaret longe plura, si liber Laureae Liberti, quo Patroni sui sales collegerat, ad nos pervenisset. Ego perpauca ex eo exempli causa afferam: Accusabat Tullius Verrem, defendente eum Hortensio. Dixit Accusator nescio quid paulo obscurius. At Hortensius, *clarius, quaeso, ista; nam aenigmata non intelligo. Atqui intelligere debebas*, inquit Tullius, *cum sphingem apud te habeas domi*. Pulchre sane; nam dono acceperat a Verre Hortensius sphingem argenteam; erat autem sphingis proprium aenigmata solveré. Si autem Orator vestras leges sibi sequendas putasset, numquam tam ridiculè loquutus fuisset. Quid enim magis ridiculum, quam concludere, ideo Hortensium aenigmata intelligere debere, quia argenteam sphingem domi haberet; certè aenigmaturum solutio non argenteae, sed verae sphingi conveniebat.

Idem Tullius in Consulè, qui uno tantum die Consul fuisset, sic jocabatur: *solent esse Flamines Diales, modo Consules Diales habemus*. Mutata verbum Diales, & dic, solent esse Flamines

Jo-

Jovis, nunc Consules unius diei habemus. Jam ille lepos, ut solent vestrae artes, in fumum abierit. Idem adhuc Tullius in Consulè Dialem: *Vigilantissimus est Consul noster, qui in Consularu suo somnum non vidit*.

Accedat Oratori & professione, & tempore vicinus Casellius Jurisconsultus, qui urbanitatis mirae hac aetate habebatur. Is mercatori, quem admodum cum socio navem divideret, interroganti, respondisse dicitur: *Navem si divides, nec tu, nec socius habebitis*. Atqui aliter Mercator, aliter Jurisconsultus verbum *dividere* accipiebat; nam si illud Mercator in eadem, qua Jurisconsultus significatione acciperet, nulla ei erat causa interrogandi; sciebat enim, Navem, sic divisam, neutri usui futuram. Sed neque, si Jurisconsultus in sensu Mercatoris verbum illud intelligere veller, erat cur jocaretur. At quia jocari voluit, ad alium sensum verbum Mercatoris detorsit. Sic viri urbani hoc aureo saeculo jocabantur. Quid populus? Eandem atque eruditi, & urbani jocandi rationem sequebatur, ut constat ex Suetonio, qui in Augusti vita haec scribit; *sed & populus universus ludorum die & accepit in contumeliam ejus, & assensu maximo comprobavit versum in Scena pronunciarum de Gallo Marris Deum tympanizante, Vides ne, ut Cinaedus Orbem digito temperet!*

In



In quo mordaci dicto, quod de Cinaedo Cibelles, & tympani rota, sive orbe, ad Cinaedum Caesarem, & orbem terrarum, quem Caesar moderabatur, univ[er]sus Populus transtulit. Adde eodem, quod de coena ejusdem Augusti, in qua invitati habitu Deorum & Dearum accumbebant, narrat eodem loco: *auxit coenarum morem summa tum in Civitate penuria, ac famemes; acclamatumque est postridie, frumentum omne Deos comedisse.* (a)

Vis totum hunc jocandi morem ipse confirmet Augustus? Faciet. *Cum multi* (ita refert Macrobius) *Severo Cassio accusante, absolventur; & Architectus fori Augusti expectationem operis diu traheret, ita jocularis est Vellei, Cassius & meum forum accusasset.* Cum ita veller Augustus, ratio est in promptu; quia nimirum, si Cassius Augusti forum accusasset, jam & forum, quod Caesar optabat, esset absolutum. At aliam esse reorum, aliam fori abolitionem, & Coci, & Muliones norunt; neque si rei accusante Cassio, absolventur, id est, liberi dimittebantur, illud aliud erat ullo modo consequens, ut eodem accusante, Augusti forum absolventur, id est, finiretur, ac perficeretur. Falsa igitur est Augusti sententia, & ita

(a) Suet. in Aug. num. 70.

ita falsa, ut paucas ei similes habeat Martialis. *Vectius*, referente eodem Macrobio, *quam monumentum Patris exarasset, ait Augustus: hoc est vere monumentum Patris colere.* Verbum *colere* in duplici hic significatione & honorandi, & agri exercendi Augustus usurpavit; & quam Patris monumentum vere coli dixit, id est, honorari, aliud intelligi voluit, nempe arari, vel contemni. Jam igitur, Clementine, si Martialis ejus gustus fuit in jocando, cujus eum vos esse creditis, ejusdem plane gustus cum Augusti saeculo, atque adeo cum ipso Augusto fuit.

Jam quid in causa esse potest, ut quam neque tu, neque tot alii nostri saeculi eruditi viri, vel Batavam aurem habeatis, vel non multo ingenio abundetis, eam jocandi rationem, quam & aureum Augusti saeculum, & quotquot ab eo ad hoc nostrum saecula fluxerunt, sequuta sint, tamquam si corruptissimi esset gustus, condemnetis? Mihi una, quam saepius jam indicavi, ut omnino verosimilis causa succurrit. Nimirum quod alias illi gustus leges haberent, alias vos habeatis. Ita profecto est. Veteres illi, etsi alias graves, & docti viri, totam hanc jocandi rationem honestam quandam animi remissionem, & ludicram, ut re vera est, arbitrabantur; ideo leges ei,

ut

ut honesto, & urbano ludo convenientes, fan-  
xerunt. Sciebant, inquam, in Jocosum, & Fa-  
cietiarum, ut ita dicam, Provincia, cui leges  
eae ferebantur, ingeniosas fraudes, innocentes  
deceptiunculas, errores leviculos, dolos simpli-  
ces, & id genus alias e Poetarum, & urbano-  
rum hominum cerebro natas festivitates habi-  
tare. Sic illarum naturae leges suas accommo-  
dabant. Nihil hic a me nisi vere dici, ostendit  
celeberrimus ejus Provinciae legislator Ju-  
lius Caesar; qui cum leges suas rogaret, & duo-  
facietiarum genera distinxisset, quarum aliae in  
re, aliae in verbo consisterent; sic eas, ne ali-  
qua ambiguitas nasceretur, explicabat: *Quod  
quibuscumque verbis dixeris, facerum tamen est,  
re continetur: quod mutatis verbis, salem amittit,  
in verbis habet leporem omnem.* Cic. lib.  
2. de Oratore. Idem Caesar legislator, quum  
ad ambigua venisset, sic fanciebat: *Ambigua  
sunt in primis acuta, atque in verbo posita,  
non in re. Sed non saepe magnum risum mo-  
vent: magis ut belle, & literate dicta laudan-  
tur.* Nec multo post: *Ambiguum,* inquit Caes-  
sar, *per se ipsum probatur id quidem, ut ante  
dixi, vel maxime: ingeniosi enim videntur, vim  
verbi in aliud atque caeteri accipiant, posse du-  
cere: sed admirationem magis quam risum mo-  
ver. Nisi si quando incidit in aliud genus ridi-  
culi.*

*culi. Quae genera percurram equidem. Sed sci-  
tis esse notissimum ridiculi genus, cum aliud ex-  
pectatur, aliud dicitur. Hic nobismetipsis noster  
error risum movet. Quod postremum cum ma-  
xime notari vellet, haud multo post per haec  
verba inculcavit: Natura enim nos, ut ante di-  
xi, noster delectat error.*

Multa praeterea ibi Caesar urbanorum dicto-  
rum, ambiguum, paranomasiarum exempla  
refert, & laudat; quibus suas leges, dum ex-  
plicare videtur, confirmat. Quae nisi omnia  
velis damnare, necesse est approbes ambigua,  
& similia Martialis dicta; ea enim Hispanus  
Poeta his legibus Caesaris, & exemplis, quae  
prae oculis habebat, diligentissime accomoda-  
vit. Adeo ut qui Martialis argutias condem-  
net, una cum illis Juliam hanc de argutiis  
Legem damnare videatur. Vidit hoc, puto,  
personatus Barbadignus, quum improbatas Mar-  
tialis jocos, omnia illa fere exempla Caesaris  
frigida esse pronuntiavit. Arroganter sane, ne-  
quid gravius dicam; nam neque Lustranus ille,  
neque tu, neque tuus Tiraboschius, neque ullus  
nostri saeculi Criticus habet hanc potestatem.  
Porro lex Julia de argutiis, etsi non in Cu-  
ria, vel in Foro, vel in Campo, sed in di-  
versorio Caesaris, ut conveniebat, rogata, ejus  
naturae est, ut antiquari non possit. Est enim

ea lex non ab homine pro libidine sua lata, sed ab ipsa natura expressa, & in qua non proprium Romanorum, sed commune gentium omnium urbane jocandi jus contineatur. Ex ejus prescripto Graeci quoque, & Barbari semper jociati sunt. Equidem ex ea antequam a Caesare Romanis suis esset promulgata, jocabatur Annibal & urbanissime jocabatur, cum Antiocho exercitum suum, quem in Romanos collegerat, argento, auro, gemmis collucentem ostendentem, & ab eo, num satis ea Romanis fore crederet, roganti, respondit: scire se, Romanos esse mortalium avidissimos; putare tamen posse illis ea esse satis. Quam Annibalis sententiam quum ego aliquando verbis expressissem, & ad te pro amicitia nostra mississem, vehementer tu probabas, Versus autem erant ejusmodi:

*Haec tibi Romanis satis esse videntur? Avari  
Sint licet, & cupidi; credo futura satis.*

Ita tu olim, Clementine, judicabas, & Legi Juliae, ducente natura, parebas. Postquam vero in novam scholam te dedisti, longe aliter judicas. Quare amici officium esse puto, si te ad veram antiquorum viam coner reducere, & ab illa, in quam novi Alerthotae te abstraxerant, revocare. Nec jam dicas, Clementine, inviolabilia veritatis jura tibi esse antiquiora.

Non

Non illa lege Julia violantur; neque ipsa veritas hoc inani cultu, quem vos invitae illi deferre vultis, delectatur. Habet dignos se cultores in Philosophorum, & Historicorum Regnis: facetos homines, & dicaculos, qui in jocorum Provincia vivunt, aliis quam suis legibus regi mavult. Quare ommitte tandem istam Veritatis obtentum, speciosum illum quidem, sed perinanem, & frivolum, qui multis imposuit; & revoca potius in memoriam aurea illa laudati Vavassoris verba, quibus Gallum epigrammatum collectorem, hoc ipso titulo abutentem, acriter quidem, sed vere tamen objurabar; quum stolidiorem illam causam referens, sic redargueret: *falsum agebat epigramma, atque adeo idcirco vitiosum; prorsus enim de sanandis eorum, qui Cicronem legerent oculis, in patefaciendo illo fonte natura cogitaverat numquam.* Haec quidem Collectoris verba quum retulisset Vavassor, ita in eum insurgit. *Itane vero? De isto naturam cogitasse re ipsa oportuit, ut diceretur cogitasse, & belle diceretur? Veritas hic rei exigitur tamquam a teste, non felicitis insensu a Poeta. Spectatur fides, non sagacitas quaedam in conjiciendo, non callida ratio interpretandi, non ad confingendum, & comminiscendum dexteritas? Sed enim fac esse: datum a natura consulto & ortum fonti, & salubritatem aquis,*

G 2

ac

*ac remediū vim quo fessi legendo oculi leventur,  
tū dubium, quin corrumpatur totum opus illico?  
Pereat epigramma cum acumine; mera gestae  
rei narratiuncula, aut nuda, simplexque euentus  
Historiae relinquatur. Hoc flagitium, Montau-  
seri, qui semel admisit in praeceptis dandis, si-  
nisteritate quadam, aut inopia intelligentiae ac  
iudicii; quid in eum flagitii cadere deinde non  
potest? Atque ut solum sit, quantum, & quā  
multiplex in uno flagitium habendum; quod ita  
late grassatur, ut dimidiam rollat epigramma-  
rum omnium, plus etiam quam dimidiam opti-  
morum epigrammarum partem. Lib. de Epigr.  
C. 19.*

Expende, Clementine, singula Galli Critici verba, & vide, num veritas adeo necessaria sit ad Poeticarum sententiarum laudem, ut vos existimatis. Haec si tu ante cogitasses, bonam Epistolae tuae partem specioso illo Veritatis principio male suffultam, ut inanem, & plane alienam omisisses; certe tandiu, & tam prolixè contra acumina ex ambiguo ducta non declamasses. Nam fere omnia, quae in Gal-lum epigrammatum collectorem Vavassor paulo ardentius scripsit, ab alio, qui minus amice ageret, in te jure dici posse intelligeres. Dixi fere omnia; nam omnia omnino dicere ausus plane non sum, eo quod tanta arte scribas, ut  
qui

qui velis, vix intelligi possit. Modo totam rationem acuminum, modo non omnem, sed quae falsam continent sententiam; modo neque haec omnia, sed quae ex falsa sententia aliam frigidiorē inferant, damnare videris; in univēsum vero id ex tua artificiosissima agendi ratione satis apparet, te totam acuminum nationem velle in despectum adducere; nihil valde in Epigrammate praeter Catullianam lenitatem, & munditiem probare: quidquid ab ea recedat, ad ineptias amandare. In quo quidem multum a tua sententia dissideo, adeo ut numquam magis ineptiisse literatos existimem, quam postquam Alethiotium illum in jocorum Provinciam inducere coeperint. Plurima mihi sunt ad manum similibus ineptiarum exempla, quae novi isti Alethiotae inven-  
xerunt; nec tamen plus uno adducam. Nicolaus Pratelius emunctae naris, etsi interdum paulo severior Criticus, sic totam ambiguo-  
gentem traducere, & literarii popelli sibilis exponere adlaborat, ut omnia omnino mala, quae unquam vel usquam jam inde ab orbe condito in terris acciderunt, ex uno hoc ambiguo tamquam ex quodam venenato fonte manasse velit, & tam multa, tam ridicula, & portentosa prudens caeteroqui auctor effutire non vetetur, ut qui facilem, & uberem ineptendi

artem velit addiscere, non alibi eam, quam in perridicula Pratelii Satyra quaerere debeat. Hanc quidem arripuit ansam Volterus, ut illum satis urbane describeret; cum in eolibello quem templum gustus inscripserat, satyricum induxit, eumque depinxit decem satyras suas, sic ut Parentem decebat, pulcherrimas filias, hilari vultu aspicientem, nec sine magna animi voluptate contemplantem; illam vero in ambiguum satyram, tamquam suarum sororum valde dissimilem, & Pratellianae domus probrum, non sine multo pudore, & invitis oculis vix tuentem. Haec tu, Clementine, attente considera, & cogita, num aliquando simile aliquid tibi possit evenire; ut cum haec omnia melius dispexeris, hanc tuam Epistolam, de qua nunc tantopere tibi places, non aliis, quam Pratelius satyram illam suam, oculis aspicias.

Enim vero, si tantus vos tenet amor veritatis, ut in has tam absurdas opiniones nihil tale cogitantes inducat; cur non omnes fere tropos, & figuras Rhetorices condemnatis? nam si vestris legibus examinentur, non minus quam ambigua a vero discedere comperiuntur. Quare non damnas Virgilianum illud *fontemque, ignemque ferebant*? Nam certum est non fontem, sed aquam ferri velle Poetam. Quare non Naugerianis flammis aboles illud ejusdem Poetae:

*tae: Jam proximus ardet Ucalegon.* Neque enim Ucalegon, sed ejus domus ardebat; & aliud est domum, aliud dominum ardere. Quare non reprehendis Ciceronem, cum dicit: *Audite Albani Colles?* Colles enim neque audiunt, neque vero possunt. Unde nihil stultius, quam eos auditores optare, qui audire non possint. Quare non eundem rides, cum ait: *Ipsi parietes medius fidius gestire mihi videntur.* Nihil enim a parietibus quam gestire alienius; unde vel id Ciceroni non videbatur, vel stultissime videbatur. Enim vero parietes gestire ebrio homini nonnunquam videntur, sano nunquam videntur. Quare non inter insanos ponis Horatium, cum de se, qui exiguae fuit staturae, et si obesus, ut Epicuri de grege porcus, sic scribebat:

*Quod si me Lyricis Vatribus inseres,  
Sublimi feriam sydera vertice?*

Neque de Virgiliano Polyphemo id vere dici poterat; quanto minus de Venusino Peeta, parvo sic, tamque pusillo, ut ejus ipsius verbis utar? Quare denique non rides insanum Catulli tui desiderium, quod ille Fabulio suo affingit, cum ait, eum, si nescio quae unguenta olfaciat, optaturum, ut totus nasus fiat. Nunquam tam ridiculum desiderium in hominem mentis non prorsus emorae cadet. Omitto plu-

rima his similia , ne dum ineptias huiusmodi refello, ipse videar ineptire. Nec vero dicas, in his, si non veritatem, aliquam tamen inesse verosimilitudinem. Nam in primis ea, quae fit, non facile semper vidcbis: deinde fit similitudo; an ideo minus falsum, illud quod tantum simile est, idem dicere? Sit verum, Simium esse hominis similem; an hoc tibi satis erit, ut vere possis dicere, Simium esse hominem? Vides igitur, quo Alethiotismus iste vos perduxerit. Certe haec omnia, quae vobis falsa, & inepra videri debent, si consequenter loquamini, si ad leges antiquorum exigantur, valde probanda sunt. Quare moneo te pro nostra amicitia, Clementine, ut frontem paululum remittas, & supercilium istud, quod plerique hodie in falsas, sive ingeniosiores sententias induere soletis, tantisper deponas, & in jocorum, & facietiarum Provincia non aliisquam Caesarianis legibus utare. Nec putes, dum id te moneo, me parum mihi constare, quod in primo Capite Legis Valeriae, serium esse ludum epigramma scripserim. Non ita est, Clementine; nam totus quidem ludus epigrammaticarius serius est, id est, totum opus ad censuram morum spectat: id autem nihil impedit, quin multa sint in opere epigrammatico vere ludicra, & in quibus, ut homines urbani,

dum

dum inter se ludunt, mutuo decipere, & decipi gaudent, atque in his deceptiunculis urbanitatem ingenii ostendunt; debeat quoque epigrammaticarius Poeta Lectorem suum ingeniose ludendo decipere, & decipiendo delectare; nam vel noster, ut Caesar volebat, nos delectat error; vel, ut verius Aristoteles philosophabatur, non error ipse, sed erroris detectio, & animadversio nos delectat; de qua nobis placemus, & quasi tacite dicimus: Ego putabam ira esse, & in eo fallebar; nunc autem video aliter esse, & detecta erroris mei causa, mihi gaudeo, ut de inventa veritate. Quod ratiocinii genus, valde quidem ingeniosi, citius a mente nostra peragitur, quam ut vulgus eruditorum possit intelligere. At sunt etiam inter ingeniosos huiusmodi lusus, praesertim inter ambigue dicta, quaedam frigidiora. Non id nego, sed nego huiusmodi multa esse in Martiale. Quod si aliqua sint, excusat illa satis varietas operi epigrammatico necessaria, & sine qua, ut ipse Avitum suum monebat, *non fit liber*. Excusat ipsa Lectorum diversitas, quorum gustus quasi divinare debet Poeta; & divinavit certe Martialis; neque aliter argenteo, in quo scribebat, saeculo, & tot aliis, de quibus alias loquuti sumus, tam generaliter placuisset. At saltem nimius est Martialis in ar-

gu-

gus istis sive veris, sive falsis dictis, atque sententiis; in quo monitum Phaedri, quem tu in epistolae tuae fronte, tamquam legem gustus, ponebas, non videtur servasse. Imo de illo minus sollicitus esse debuit. Nam dictum illud in Thracis, Poetae libris verum quidem est; in fronte vero tuae epistolae plane falsum; cum in ea de epigrammate agatur, in quo nimia sententiarum crebritas vix esse potest. Quod & Scaliger docuit, cum illud optimum & perfectissimum epigramma esse dixit, in quo singula disticha argutia aliqua clauderentur. Et multo clarius Vavassor, cujus verba hic libenter adscribam, ut paulatim hujusmodi veris doctorum hominum sententiis assuescas, & speciosas quorundam opiniones, & falsas dediscas: *longo tandem intervallo, inquit, ad Poetas epigrammatum scriptores venimus, atque ad Martialem facile omnium hac argutius scribendi laude Principem. Et vero in epigrammatis sedem videtur acumen, ubi consisteret, posteaquam per singula scriptorum genera erravit, delegisse certam sibi, & stabilem, ac fixisse in perpetuum. Hos fines, & ditionem, & regnum, & domicilium obtinere. Aliis in operibus partem faciebat operum acumen; in hoc opere opus totum occupavit.*

Sed jam his, quae ad epigrammatis essentiam,

&

& proprias ejus Virtutes pertinebant, dimissis; ad elegantiam, in qua Catullum tuum regnare non nego, veniamus. Neque illam tamen Catullianam virtutem *leniter, ac leviter* Catulliano more examinemus. Porro elegantiam, quanta ea cumque sit virtus, serius in virtutum choro locum invenisse, & multo adhuc serius inter virtutes orationis numeratam, inficias non ibis. De vestitu primum, ut ex Gellio licet intelligere, dicebatur, & ad vitia, nisi valde esset modica, amandabatur. Postea vero inter virtutes caepit numerari, etsi valde semper suspecta: demum ad sermonis ornatum, & cultum pertinere: nunc, si superis placet, virtutibus aliis tantum non omnibus neglectis, & pro nihilo habitis, in una fere elegantia novi isti gustus literarii reformatores omnia esse volunt. Non agam severe, Clementine; sit virtus sermonis elegantia, quando jam aureo in saeculo talis visa est. Verum cum tandiu, vel non sermonis virtus, vel suspecta sit habitata; caute in hoc procedamus; & ipsam hanc elegantiam, ne nobis imponat, qualis sit, explicemus. Ego quidem duplicem eam distinguo; alteram virilem, & homine dignam; alteram totam muliebrem, & a viro alienam. De utraque Ovidius, & quidem eleganter, in libris de Arte; nam etsi de illa vestitus scribit,

bit, quae huic sermonis potiori jure conveniant. Audi illum:

*Sint procul a nobis Juvenes; ut foemina compri;*

*Fine coli modico forma virilis amat.*

Ne mirere, Clementine, si dicam, ne in elegantia quidem Martialem Catullo cedere, imo illi antecellere; nam ubique Hispanus Poeta virilem elegantiam, muliebrem frequenter Italus mihi viderur sectari. Et quidem in Martiale multum inesse elegantiae, etsi non illius Catullianae, docere te potuit Funcius, cujus haec sunt verba: *De summa dictionis elegantia, & carminis in hoc genere praestantia nemo negat.* At, inquires, falsa Funcium loqui, cum plurimi sint, qui hanc elegantiam Martiali negent. Audio, Clementine; sed vide, an non huic Germano critico tot tuae sententiae, contra saeculorum omnium judicium, patroni jure pro nullis habeantur. Equidem elegantiam Catulli talem esse, qualem dicebam, negabit nemo; sed ut ejus cum illa Martialis melius comparatio possit institui, revoca, quaeso, in memoriam venustissimum ejus de Passere mortuo Lesbiae Epigramma.

*Lugere, o Veneres, Cupidinesque,  
Et quantum est hominum venustiorum;  
Passer mortuus est meae puellae,  
Quem plus illa oculis suis amabat;*

*Nam*

*Nam mellitus erat... Nosti reliqua; haec quidem Varionensis elegantia. Quibus Bilbilitani? Ecce illam:*

IN CARMENIONEM.

*Cum te municipem Corinthiorum  
Jaetes, Carmenion, negante nullo;  
Cur frater tibi dicor ex Iberis,  
Et Caelis genius, Tagique civis?  
An vultru similes videmur esse?  
Tu flexa nitidus coma vagaris;  
Hispanis ego contumax capillis.  
Levis dropace tu quotidiano;  
Hirsutis ego cruribus, genisque.  
Os blaesum tibi, debilisque lingua est;  
Nobis filia fortius loquetur.  
Tam dispar aquilae columba non est,  
Nec dorcas rigido fugax leoni.  
Quare desine me vocare fratrem,  
Ne te, Carmenion, vocem sororem.*

Elegans plane utrumque epigramma in suo quidem genere; alterum videlicet ea elegantia, quae Tagi civem deceat, alterum ea, quae municipem Corinthiorum; alterum ea, quae conveniat homini Capillis Hispanis contumaci; alterum ea, quae illi, qui flexa nitidus coma vagetur; alterum ea quae Poetae dropace quotidiano levis propria sit, alterum ea, quae viri cruribus, & genis hirsuti; alterum

de-



denique ea, quae in homine blaesi oris, & debilis linguae probari possit; alterum ea, quae in illo, cujus vel filia fortius loquatur. Et vero non magis dispar aquilae columba, vel dorcas leoni, quam Catullus Martiali. Ut si inter se hi dissimiles Poetae essent conferendi, Martialis frater, Catullus soror dici jure deberet. Quod si de Catullo, non satis convenienter ad tanti Poetae dignitatem, loqui tibi videar, legas, quaeso, Clementine, quae tuus Tiraboschius de Cordubensi Lucano, nescio an insolentius, an puerilius disputet, & quam parum ex decoro, cum suo, tum clarissimi hujus Hispani loquatur. Lege, quae idem scripsit de Lucio Seneca, summo Philosopho, & eruditionis Principe, quem & Agyrtam vocat, & tamquam Agyrtam, vilem literatorum plebeculam deludentem, describit. Haec si attente considerabis, facile mihi ignosces; multo etiam facilius, si quae fuerit antiquorum de Veronensi tuo opinio, volueris considerare. Nam certe non valde bonam eam fuisse, Catullus ipse non dissimulat; qui se parum marem ex suis versiculis parum pudicis putatum, narrat. Quod ipsum Horatius satyricae quidem, at non obscure tamen insinuat, cum esoenatos quosdam saeculi sui Carmeniones describens, non alia hujus esoenatio-

tionis signa magis expressa dare, se posse credidit, quam si diceret eos fuisse

*Nil praeter Calvum, & doctos cantare Catullum.*  
Hinc non potui non admirari, atque etiam indignari, cum aureum a renata literatura Italiae vestrae saeculum, ita laudatum ab Auctore historiae literariae viderem, ut in summis ejus laudibus illam poneret, *parvo* aut *nullo in pretio* fuisse in eo Martialem, & vix dignum habitum, qui cum Catullo conferretur. Quae etsi falsa sunt, ut vidimus, ostendunt tamen, cl. hunc Auctorem, & sibi persuasisse, & aliis persuadere voluisse, ad decus saeculi XVI. pertinere, ut ejus Poetae essent

*Nil praeter Calvum, & docti cantare Catullum.*  
Quod quidem Horatius optimus judex ad summum saeculi Augusti dedecus pertinere existimabat; & merito sane: nam nisi ipsum rationis lumen velis extinguere, alii sunt, & erunt semper veri literariae gloriae fontes, quam faerentes hi Calviani, & Catulliani lacus. Neque aliter argenteo saeculo de elegantia Catulli judicatum est. Antonius Julianus, Hispanus Rhetor, & florentis homo facundiae, ut eum appellat Gellius, interfuit Graeculorum quorundam Carmenionum convivio, & super mensam ab eis laceffitus, & derisus, quod Romanam linguam doceret, quae nullas haberet Anacreontia-

tianas delicias, nullas Veneres; & nihil hujus generis in ea esse dicerent, praeter pauca quaedam Calvi, & Catulli. Indignatus Hispanus, suam linguam ita despici, pro ea, tamquam pro aris, & focis sibi pugnandum putavit. Ac primum quidem, possem, inquit, vobis permittere, ut quemadmodum nos in aliis voluptatibus, & vitae mollioris cultu vincitis, in hac quoque ἀστυξ vinceretis. Sed ne nos, id est, nomen latinum tamquam profectos quosdam, & intubidos ἀναφροδισίξs condemnetis; permittere mihi quaeso, operire pallio caput, quod in quadam parum pudica oratione Socratem fecisse, ajunt; & audite, & discite, nostros quoque antiquiores ante eos, quos nominastis, Poetas amafios, ac Venerios fuisse. Tum resupinus, capite convelato, voce admodum quam suavi, versus cecinit Valerii Aeditui, veteris Poetae, item Portii Licinii, & Quinti Catulli, quibus mundius, venustius, limatius, pressius Graecum, Latinumve nihil quidquam reperiri putat Gellius. Quae quidem manifeste probant, Catullum inter amafios, ac Venerios Poetas laudatum, & inter eos, quorum versus nisi operto capite, ne ab homine quidem profesto cani in licentiori Carmenionum convivio possent. Demus igitur principatum elegantiae Catullo, sed ejus elegantiae, quae propria est amafii Poetae,

&amp;

& Venerii, non illius robustae, & virilis, quam videmus in Martiale. At quis ferat, ut Poeta Venerius a viris gravibus habeatur in deliciis, & explicetur in scholis, ut animi cerei juventutis hoc calore difluant. Neque illud hic praetermittam; eam elegantiam, quam tantopere laudant, quamque imitantur in Catullo, parum ad veram eloquentiam conducere. Quid enim in illo solent admirari? Nempe *rurgidulos ocellos, anferis medullulas, immulas oricillas*, & praerique id genus alia, quae consultus praetereo. His scilicet Veneriorum ineptiis virilis eloquentia; per saepe in epigrammate necessaria, comparatur. Ut vel ob hanc unam rationem dubitari etiam num possit, an Catullo dari locus debeat inter Epigrammaticarios. Porro Diomedes, & Quintilianus eum ad Jambographos, alii ad Lyricos, alii, ut hi quos modo dicebamus, ad amafios, & Venerios relegant. Verum sit epigrammaticarius Catullus, quando saepe Martialis hunc honorem ei tribuit; Epigrammaticariorum Princeps ob unam elegantiam, eamque muliebrem esse non potest.

Sed jam ab elegantia transeamus ad urbanitatem, & videamus an in ea Catullus Martialem, an Catullum Martialis superet. Est quidem totum hoc urbanitatis negotium satis implicarum, & tamen potest, ut mihi viderur,

H

ali-

aliquatenus explicari. Quod ut recte fiat, illud mihi ponendum est, urbis nomine jam inde ab antiquis satis temporibus solam Romam per quamdam excellentiam a Latinis intellectam. Hinc consequenter factum, ut quaedam in scribendo, vel loquendo virtus Romanorum propria, urbanitas diceretur. Hunc ipsum loquendi modum, ut pleraque alia, a Graecis Romani acceperant; nam & Graeci quamdam Atticorum, sive Atheniensium propriam gratiam orationis Atticismum appellabant. Quod igitur inter Graecos Atticismus, id inter Latinos erat Urbanitas. In quo autem illa consisteret, & antiqui, & novi scriptores tradere voluerunt; nec, si verum dicere volumus, vel antiqui, vel novi id satis expeditum nobis reliquerunt. Quod tu mecum fatebere, si ea, quae Cicero, & Quintilianus ex antiquis, atque ea, quae ex novis Morhoffius, & alii scripserunt, attente legeris. Ego illam virtutem, ex multiplici opposito sibi vitio, puto, posse aliquo modo explicari. Nam primum urbanitati, ut ex probis auctoribus licet intelligere, peregrinitas opponitur. Quo quidem in sensu ea, quae intra Urbem, urbana; quae extra Urbem, & in Provinciis nata sunt, peregrina dicimus. Ea autem fuit veterum, sive vera, sive falsa persuasio, homines, qui extra Urbem, & in Pro-

vin-

vinciis essent nati, quantum ab Urbe, tantum ab urbanitate distare. Martialis ipse ab hac opinione adeo non fuit alienus, ut quum eum librum, quem in AEMILIA composuisset, illis, quos Romae scripserat, vellet concedere, hanc causam afferret,

*Debet enim Gallum vincere verna liber.*

Jam si de hac urbanitate, hoc quidem modo intellecta, agamus; neque Catullum Martiali, neque Martialem Catullo praeponi debere existimo; cum neuter intra, uterque extra Urbem esset natus. Sed haec quo clariora, & lucidiora fiant, res est ex Cicerone magis explicanda. Nam etsi haec urbanitas Romanorum esset propria; non continuo talis erat, ut ad eam Provinciales homines aspirare non possent. Ut enim ex ipso Tullio apparet, illa vel in verbis ipsis, quibus Romani utebantur; vel in quodam peculiari modo, & gratia, qua illa efferebant, & a quibus Provinciales homines longe aberant, consistere videtur. *Id tu Brute, inquit Cicero, jam intelliges, cum in Galliam veneris; audies tu quidem etiam verba quaedam non trita Romae; sed haec mutari, dediscique possunt: illud est majus, quod in vocibus nostrorum Oratorum recinit quiddam, & resonat urbanius.* Jam de hoc quod in Romanis Oratoribus, vel Poetis recinebat, & resonabat urbanus,

H 2

nius,

nus, quam in Provincialibus, nulla nobis quaestio esse potest; nam id neque ex libris Oratorum, nec Poetarum potest intelligi. Potest ergo esse, & est tantum de prima illa: num in scriptis Martialis, vel Catulli sint verba, quibus Romani intra urbem nati uti non solerent? Ac mihi quidem valde fit verosimile, vel nulla, vel fere nulla in illis esse. Nam uterque Poeta diu Romae fuit, & cum viris, qui in ea optime loquerentur, amice, & familiariter egit; ut si quod olim in Provincia minus urbanum verbum edidicerat, talium virorum familiari usu, & consuetudine potuerit dediscere. Certe Martialem singulari cura in hoc fuisse, ex ejus libris constat; adeo ut etiam quibus in urbis regionibus, & vicis Romani urbanus loquerentur, diligenter observaverit. Haec ego cum considero, non possum non maxime verum, quod prius dixi, existimare; ab hac nimirum peregrinitate, quae in verbis consistit, peraeque Martialem, ac Catullum alienos esse, neque alterum alteri vel anteponi, vel postponi posse.

Alterum urbanitati oppositum vitium rusticitatem possumus appellare; quod quale sit, ipsum nomen a rure deductum satis declarat. In quo igitur urbanitas huic opposita vitio ponenda est? Mihi, nec vero soli, sic viderur;

in

in eo hanc urbanitatem consistere, ut hi, qui urbani esse & videri volunt, sic agant, sic cogitent, sic scribant, ut in eo ne laborare quidem videantur: parcant viribus, haereant in rerum cortice, & superficie, ad intima non pervadant; agant, inquam, in omnibus more Catulliano *leniter*, & *leviter*. In hoc quidem genere urbanitatis fateor, Catullum esse praecipuum, & longe Martiali anteponendum; imo & generatim Catullianos omnes Martalianis in hac urbanitatis laude antepono. Fateor etiam, non soli Martiali, sed & aliis quoque ejus aevi Hispanis hoc vitio datum; quod essent aggressiores; id est, quod labori in studio parcere nescirent, nec leviori hac, & urbana literatura contenti essent; sed altius in abditas rerum causas descenderent, & penetrarent; idque miro ingenio, & subtilitate; quo illis non raro accidit, ut non facile ab omnibus intelligerentur; & ideo vel minoris fierent, vel etiam reprehenderentur. Quod Martiali praecipue accidit; maxime ubi humani cordis occultissimos sinus callidissime explicat; & moralem veritatem in eo tamquam in Democriti puteo latentem, conatur elicere: nonnunquam etiam, dum erudita proprietate, quae illi propria, & quasi characteristica, loqui vult. Possem plurimae ejus epigrammata afferre, quae ideo minus pro-

H 3

ba-

bata, vel etiam reprehensa; quia parum, aut male fuerint intellecta. Duo tantum afferam, & quidem hujus secundi generis. Primum, quod lib. I. epig. LXII. est

*Verona docti syllabas amat varis;*  
*Marone felix Mantua est;*  
*Censetur Apona Livio suo tellus,*  
*Stellaque nec Flacco minus:*  
*Apolloodoro plaudit imbrifer Nilus;*  
*Nasone Peligni sonant;*  
*Duosque Senecas, unicumque Lucanum*  
*Facunda loquitur Corduba.*  
*Gaudent jocosae Canio suo Gades;*  
*Emerita Deciano meo.*  
*Te, Liciane, gloriabitur nostra,*  
*Nec me racebit Bilbilis.*

Pulcherrimum hoc epigramma vocat ad censuram Criticus Vavassor. Quale autem putas ejus judicium? Ego illud hic apponam, ut tu, si placet, de illo judices. Carmen, inquit, facile sine dubio, ac nitidum; sed in quo minimum subest rei, nec varium quidquam, nisi quaedam una eademque, & simplex sententia efferatur modis aliquot diversis loquendi. Vult hoc Poeta: novem urbes Poetis quatuordecim gloriantur civibus, & alumnis suis, inter quas me agnoscit Bilbilis, & vindicat suum. Lib. de Epig. C. XIII. Quid si carmen, quod ipse vocat facile,

Va-

Vavassor non intellexit? Ego paucula adnotabo; tum ex aliis; tum de meo, ex quibus perspicuum fiat; non tam parum rei in eo epigrammate subesse, quam critico videtur. Expendamius breviter singula:

I. *Verona amat, Vatem*, qui amatoria scripsit.  
 II. *Mantua Marone felix est*, quae ab eodem Poeta erat deserta ut infelix ob agrorum divisionem in Ecloga 1.  
 III. *Apona tellus censetur*; sic cujus census ob agri ubertatem erat antequam celeberrimus, jam non agri, sed Livii sui ubertate, & copia censetur.

IV. *Nilus imbrifer plaudit*; qui nimirum pro nubibus est Aegypto; plaudit more Aegyptiorum, qui & Deos honorare, & claros Hospites ad se venientes Sistrorum, & Crepitaculorum plausu excipere solebant.

V. *Peligni sonant*, a natura soli non recedentes, quod mire irriguum; & canalium; & fluviorum aquis sortans, ut non uno in loco Ovidius significat.

VI. *Corduba facunda loquitur*; quod expositione non eget.

VII. *Gades jocosae gaudent*, & quidem Canio suo, qui optime jocosam Gaditanorum indolem morum festivitate referebat, ut constat ex eodem Martiale Lib. 3. Ep. 20.

H +

VIII.

VIII. *Emerita*, Gadium similis similiter gaudet, & quidem Deciano suo celeberrimo Philosopho, qui Stoicorum severitatem diluit, & sectam amabilem fecit.

IX. *Bibilis gloriabitur*, Celtiberorum more, qui paulo jactantiores, & gloriabundi vulgo habebantur.

X. *Nec me tacebit*; modeste, & vere: neque enim ea erat indoles *Bibilitanorum*, ut tam clarum *Celtiberiae* suae decus tacere posset. Haec quidem brevissime subindicare voluit *Farnabius*, qui ad hunc locum Lectorem suum sic monebat: *Adverte signata, & ad argumentum cujusque Auctoris, vel loci apposita verba: Amat: Felix: cenferur: plaudit: sonant: facunda loquitur: gaudent jocosae: gloriabitur: & modestum illud, nec tacebit.* Haec eadem fufius adnotaverat *Hispanus* adolescens multi ingenii, & eruditionis *Laurentius Ramirezius*, qui multa in *Martiale* animadvertit, quae, alios, etiam doctissimos viros, & ipsum *Marsilium* ei sine causa infensum, latuerant. Vides, *Clementine*, num jure dubitaverim, an *Vavaffor* hoc epigramma intellexerit; nam mihi videtur, non nihil rei subesse in paucis versiculis tam multa, tam varia, tam e re ipsa nata eruditione plenis. Alterum est epigramma quartum *Lib. 9.* in quo sic *Domitianum* alloquitur Poeta.

Quan-

*Quantum jam superis, Caesar, Coeloque dedisti,  
Si repetas, & si creditor esse velis;  
Grandis in aethereo licet auctio fiat Olympo,  
Coganturque Dei vendere quidquid habent;  
Conturbabit Atlas, & non erit uncia tora,  
Decidat tecum qua Pater ipse Deum.  
Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis,  
Quid pro Tarpejae frondis honore potest?  
Quid pro culminibus geminis Matrona Tonantis?  
Pallada pretereo: res agit illa tuas.  
Quid loquar Alcidem, Phoebumque, piosque Laconas?  
Addita quid Latio Flavia rempla polo?  
Expectes, & sustineas, Auguste, necesse est;  
Nam tibi quod solvat non habet arca Jovis.*  
De quo *Martialis* Epigrammate sic Criticus *Vavaffor* ad *Ducem Montauserium*: ne gravere, inquit, quaeso, perlegere una mecum nobile epigramma *Martialis*; videamusque num quidnam maculae, ac naevi in tam praeclaro corpore resideat. Mox tria notat, ex quibus triplici nomine vitiosam epigrammatis conclusionem esse concludat. Primum, quod ab eo qui decoxit, nihil sit expectandum, & tamen *Martialis* monet *Caesarem*, ut expectet. Sed in hoc labitur *Vavaffor*: non enim dixerat Poeta decoxisse jam Deos, sed timendum esse, ne conturbarent, si statim ab eis debita *Caesar* exigeret. Ideo ait, necesse esse, ut *Caesar* expectet, & su-

sustineat, donec alicunde auctis opibus, Dii possint esse solvendo. Alterum, quod cum Domitiano tot debeant numina, solus Jupiter ab eo appelletur. Sed & in hoc parum vidit Vavassor; nam erat Jupiter Deorum pater, & pro debitis filiorum poterat a Caesare pater appellari, jure saltem Poetarum. Tertium, quod cum initio epigrammatis jam dixerit Martialis, Jovem non esse solvendo, idem in fine dicat aliis verbis, nempe Arcam Jovis nihil habere, quod Caesari solvat. *Quid igitur, inquit Vavassor, Martiali faciendum erat, ne conclusio ita vitiosa foret, aut ut mendum corrigeretur ejusmodi? Alterum de duobus, aut tacendum de Jove ab initio, aut aliter quam mentione Jovis facta, concludendum.* At in hoc tertio multo magis quam in duobus primis Criticus peccat; atque adeo non Martialis conclusio, sed Vavassoris correctio corrigenda est. Debit, inquam, mentionem Jovis utrobique facere Poeta; in principio quidem epigrammatis Jovis ut unius, & singularis Dei; in fine autem Jovis ut Deorum omnium patris. Nam debitores erant singuli Dei, & ipse Jupiter ut Deus singularis; in arca autem Jovis, sive Coeli aerario erant bona Deorum omnium, ut filiorum, & ipse Jovis, ut patris. Ideo ait optime Poeta: expecta, o Caesar, dum aerarium Coeli locupletetur;

tum Jupiter Deorum pater pro se, & pro filiis tibi solvet. Interea vive, & Rempublicam beate perge. Quod vero non aerarium, sed arcam dicere voluit, ratione summae proprietatis in loquendo, quam ubique servat Martialis, videtur fecisse. Est enim aerarium vel Regni, vel Reipublicae, arca vero domus propria: cum ergo ibi translationem non a Regno, vel Republica sumfisset, sed a domo; non aerarium, sed arcam dicere debuit. Tota autem sententia, & epigrammatis clausula mihi videtur divina. In ea, ut dixi, ait Poeta: o Caesar, arca Jovis nunc quidem non habet tibi quod solvat; necesse est ut expectes, & sustineas, donec habeat; id est, necesse est ut diutissime vivas, & Romam tuam, ut facis, bees. Quod si forte arca Jovis nunquam erit solvendo, si nunquam in eam tantum pecuniae alicunde inferetur, ut possit tibi solvere; nunquam mori debebis: sic impeditae Deorum rationes te facient felici quadam necessitate immortalem. Haec necessaria Caesaris immortalitas, ex inopia Deorum deducta, est vera, & pulcherrima epigrammatis conclusio, quam Vavassor non vidit.

Jam hoc Vavassoris de Martiale judicium revocat mihi in memoriam aliud ejusdem non dissimile de Gallo quodam Pictore, quod non erit alienum hic quoque examinare. Ludovicus

XIV. Galliarum Rex, facta cum Hispanis pace, duxerat Mariam Tereſiam Philippi IV. Hispaniarum Regis filiam. Cum igitur novam nupta Parisios triumphali pompa ingrederetur, & omnia, ut in communi laetitia, plausibus personarent; Pictor non incélebris Regem ipsum, & Reginam triumphali habitu in curru depinxit, quem gallus avis, & leo traherent; ita tamen ut gallus altius solito assurgeret, & alis quasi plauderet; leo vero propriam majestatem deponens, se demitteret, & jubarum contraheret. Quid Vavaffor ad insolitam picturae speciem? Statim imminutam Galliae suae gloriam suspicari; nunquam gallum gallinaceum in re seria, & quae in honorem Regni posset convenire, a quoquam usurpatum; leonem quocumque modo se demitteret, semper prae gallo nobilitatem magnam praefere; adeo Pictorem, etiamſi artis suae peritum, parum gentis suae honori consuluisse; imo rem totam ut absurdam a Parisiis, & Provincialibus risu, & sibilis exceptam narrat. Ne putet, Clementine, a me quidquam de meo, rei amplificandae causa, hic attingi; audi ipsum, qui ubi factum Pictoris exposuit, sic prosequitur: *Sed acumen vide Pictoris. Ex una parte leo, ex altera gallus gallinaceus juncti simul currum subibant. Qui tum superi! contemptus civium,*

*vium, ac Provincialium!... omitto, partes Gallo dari non debuisse tam inferiores; transeo, Gallicum hominem non fere exprimi aye gallo, nisi irridendae nationis causa. Depresserit se humeris, & submissus leo gesserit; gallus gallinaceus sustulerit se in pedes quasi jactantior, & expansis alis, quo melius tam dispares convenirent; satisne aprabitur decenter ales cum jubarum? Cum avibus concordet ferae? Quid Parisiis, & Provinciales fecerint, nescio; non jure, si ita fecerint, fecisse, demonstrabo. Ac gallum gallinaceum etiam in re seria, & eo in sensu usurpatum, poterat Vavaffor a Joanne Commirio, non minus, quam ipse fuerit, harum rerum perito, discere. Et cur non ita usurparetur? Est gallus avis Martis, huic bellorum Deo propter vigilantiam sacer, ut manifeste probatur ex antiqua corniola, quam affert, & explicat Leonardus Augustinus in notis ad gemmas antiquas adnotatione 200. partis primae, ubi rem sine dubio Gallus Pictor viderat. Quid igitur, si Martis avis triumphantis Regis currum trahat? At non erat cum leone eidem curru jungenda. Imo nihil unquam magis proprie, & ad gloriam Gallicae gentis magis ingeniose excogitatum. Sciunt etiam illi, qui nondum aere lavantur, ferarum Regem leonem ad galli-cantum expavescere. Quid*



Quid igitur significantius ad extollendam Regis victoris gloriam, quam si pavor Hispaniae, vel verus, vel falsus in Leone affingeretur? At non licet, ut nos Horatius docet, Tigribus miscere Agnos. Sane, nisi occasio, & circumstantiae aliud postulent. At disparibus feris jungendis volebat significare ingeniosus Pictor aureum Galliae suae saeculum ab hac pace cum Hispania, felici hoc connubio firmata incipere. Id terum dico, nunquam quidquam factum, aut excogitatum Galliae honorificentius. Interea Gallus criticus Hispaniae gloriae semper invidus, tantam Regno suo, quod minime velle, gloriam invidet. Non hic, Clementine, Pictoris inventum, ut ex arte fictum, laudo. Non illud, ut contra artem factum, vitupero. Tuum de hac re, quam optime calles, iudicium esto. Unum dico, nullam fuisse causam Vavassori, ut imminutam gentis suae gloriam eo invento crederet; atque adeo magnam mihi esse causam, ut Pictoris commentum & inventionem a Critico non intellecta suspicer.

Tertium vitium urbanitati contrarium, dici solet *scurrilitas*; at cum scurrae & extra, & intra urbem essent, imo intra urbem plures; nulla ratio satis idonea adduci potest, ut scurrilitas magis Provincialium, quam eorum, qui in urbe essent, dici debeat. At

quo-

quoniam haec ipsa scurrilitas non uniusmodi est, duo ipsius praecipua genera inspiciamus; & an Catullus, an Martialis magis illis accesserit, vel ab illis recesserit; videamus. Est igitur unum scurrilitatis genus; quod e faece verborum, quibus infima plebs uti, & a quibus urbani homines solent abstinere, constat; hanc ego urbanitatem non minus Catullo, quam Martiali defuisse affirmo; & quicumque eorum libros attente legerit, iure a me id affirmari statuet. Quare si hanc urbanitatem negare Martiali voluit Muretus, cum eum *scurrilam de trivio* appellavit; optime in eo loquutum puto; at non satis consequenter, si Catullum hoc genere urbanitatis praecipuum existimavit. Alterum scurrilitatis genus in maledictoria solent ponere, & merito; nihil enim a viris honestis, liberaliter educatis, & urbanis alienius, quam canum more eis, quibus sint quavis causa inimici, oblatrare. At hoc in genere urbanitatis multum Martialem Catullo praestitisse, ita est perspicuum; ut ne a Catullianis paulo moderatioribus putem negandum. Equidem Catullus tantae impudentiae, & simul imprudentiae fuit, ut non modo clarissimos Cives, sed ipsum Julium Caesarem contumeliis afficeret, eumque una cum Mamurra nominatim traduceret, & populo exhibendum ob-

jice-

jiceret; de quo ejus epigrammata fidem faciunt: Contra Martialis adeo hoc genere urbanitatis urbanus fuit, ut eum omnium vitia reprehenderet; ad quintum tamen librum sine ullius offensione pervenerit: quod qua arte consequutus sit, ipse nos docet:

*Hunc servare modum nostri novere libelli,  
Parcere Personis, dicere de vitiis.*

Et vero fuit Hispani Poetae laus singularis, quod cum antea vulgo Poetae cives etiam primos non diffimulatis nominibus describerent, & populo ridendos exponerent; ipse morem hunc sustulerit, & novum multo urbaniosem induxerit; Personis nimirum pepercerit, vitia sub fictis nominibus exagitarit. Si igitur Hispanus Poeta in his, quae ad epigrammatis essentiam pertinent, si in tribus propriis ejus dotibus, si denique in vera elegantia Veronensi non cedit, imo saepe antecedit; quid causae esse potest, ut cum ad has laudes majores illae accesserint, quae ad morum institutionem spectant, & Poetas generatim sumptae sunt propriae, non optimo jure, & Catullo, & quotquot sunt, vel Graecis, vel Latinis Epigrammaticis, praefertur, & Princeps sui operis declaretur?

Transio a Vavassore Gallo ad Batavum Grotium, & quare ut illi, sic isti libenter adhaeream, ostendo. Quod ut clarius faciam, tua  
hic

hic verba praemitto: *Ad Grotium autem quod attinet, video equidem hujus verba perspicue tibi favere. Et me hercule, expavescerem, si de aliqua lege, aut jure quopiam esset inter nos controversia. Sed bene, quod Pterica nunc agitur quaestio: idonei judicis personam hac in re gerere Grotius non potest. Verum gustum non habuit. Hoc satis declarant, quae passim in libris leguntur ejus carmina, quae nec suavitate ulla, nec nitore commendantur; & quod gravius est, pravam illam acutularum conclusionum affectationem praeseferunt.* Video, Clementine, quid hic dicas; sed & tu, quam sine jure dicas, si ea, quae in loco posui, revolveris, videbis. Hic enim Grotius, quem tu ita deprimis, aliter ab aliis commendatur. Et quidem Vavassor tam bonum eum epigrammaticum dicit, & probat, ut ipsi Josepho Scaligero non vereatur antepone; instituit enim Vavassor Hugonis Grotii, & Josephi Scaligeri comparisonem in illis quidem epigrammaticis, quae ex Graeco ambo verterunt, & Batavo Poetae de Gallo Criticus Galus palmam defert. Dabimus hic exempla a Vavassore allata.

Philodemi in Anthologia Lib. 7. *Ψαλμος* &c.

Scaliger vertebat sic:

*Ars fidium atque loquela, argutaque lumina, carmen*

*Xanthippes, & qui jam novus ignis init,*

I

O ani-

*O anime, urent te: unde, aut quando, quove modo,*

(illud)

*Nescio; tunc, cum ignis te coquet ille, scies.*

*Quaeso, inquit Vavassor, quid simile Graeci carminis, cum ad orationem solutam, ne id quidem satis profluens, O liberum videatur? At quanto illud idem ab Hugone Grotio redditum suavius?*

*Ars fidium, cantus, O vox, oculique loquaces*

*Xanthippes, O quae jam nova flamma subit,*

*O anime, incendunt haec te: qua, quomodo, quando,*

*Nescio; tu vero tostus ab igne scies.*

*Haec tu, Clementine, si legisses, nunquam profecto diceres, Grotii carmina nulla suavitate commendari; nam, qui illa affirmat Scaligerianis tanto suaviora, certe a suavitate commendat.*

*Meleagri Ηδυμενος &c.*

*Scaliger vertebat:*

*Dulce sonant, mea Zenophile, tua carmina docto*

*Pollice; sic faveat Pan mihi, dulce sonant.*

*Quo fugiam te? me cingunt indagine amores,*

*Nec respirandi tempus, O hora datur.*

*Unde mihi formae haec aura appulit? aut ea Musa est,*

*Aur Charis est; eheu! quid loquor? uror, amo.*

*Grotius vero sic:*

*Dulce canis, mea Zenophile, testudine mora:*

*Sic Arcas faveat Pan mihi, dulce canis.*

*Ab!*

*Ab! quo te fugiam? Circum metantur amores;*

*Nec requies puncto temporis ulla datur.*

*Hinc decor, hinc cantus tuus, hinc me gratia torquet;*

*Omnia quid verbis persequor? Ignis ego.*

Post, aliquot aliis reprehensis vitiis, in quae alibi Scaliger incurrit, subiungit Vavassor: *at ne tale profecto quidquam hic in Grotio, cum eadem verteret, deprehenditur; neque alibi usquam in tam obrusa, tamque absurda incurrit.* Unde

& illud videre potes, Clementine, quod etiam si ad bene de Poesi judicandum necessarium esset, eum, qui iudicet, esse bonum Poetam (quod hic ipse Scaliger volebat) potuisse etiam Grotium optime de Martiale iudicare: & tamen, hoc non esse necessarium, docet idem Vavassor hoc ipso in loco contra Scaligerum. Quae in re non solum Vavassori assentitur Daniel Haerius, sed simul indicat, boni Poetae laudem ad bene de Poetis iudicandum non valde juvare; idque non uno in loco. Nos unum dabimus ex lib. I. de rebus ad eum pertinentibus. Sic quoque inquit Abrincensis Antistes, *Franciscum Malberbam accepimus, nulli Lyricorum gentis nostrae secundum, ad Statii clangorem, O crepitacula insaniisse. Adeo verum est, quod saepe alias expertus sum, rariore esse sanos bonorum Poematum aestimatores, O iudices, quam probos eorundem artifices.* Haecenus, Cle-

mentine, bene a me posita sunt omnia; & ex his, quae dixi, abunde constat, nihil laudi Martialis decedere ex eo, quod corruptis Italiae iudicibus saeculo XVII. placuerit; multum vero accedere ex eo, quod externis, & incorruptis, Gallis praesertim, ac Batavis tam vehementer fuerit probatus.

*V. Nostro denique saeculo ita despectui haberi, ut si quis cum hoc auctore deprehenderetur, valde erubesceret &c.* Jam ad nostrum hoc saeculum, & ad tertiam jucundae animadversionis partem accedamus; quam ego, ut peraeque falsam, & vere ridiculam, ac caeteras duas probarem; auctores aliquot, quibus Martialis hoc saeculo placuisset, asserbam. Inter eos autem Morhoffium, & Popeblundium nominabam; quos tamen tu non initio hujus saeculi, sed in fine elapsi floruisse ais; neque ego repugno; sed nihil id causae meae video officere: nam exiguo illo temporis intervallo nulla in gustu literario mutatio facta est; ut si in hoc, ut ego putabam, scripissent; in alia sententia essent futuri. Itaque sive hoc, sive illo tempore vixerint, ad causae veritatem nihil refert; quam honorifice de Hispano Poeta judicaverint, plurimum.

Hic quaeris ex me, quousque tandem exter-

ta-

*tinat agitur, testimonia objicere cogitem.* Dicam tibi, Clementine. Donec intelligas; eas Europae Provincias, quae extra Italiam sunt, non extra Orbem literarium esse; donec videas, Regnum, vel Rempublicam Literatorum latius multo quam vestram Aufoniam patere; donec cognoscas, ab auctore Historiae Literariae in causa Poetae Itali, & Hispani male ex sola Italia Judices quaeri; externos omnes, nescio quo novo jure Italico repudiari. Haec ubi intellexeris, desinam ego exterorum testimonia objicere; sed & tu, & auctor Historiae Literariae, etiam si a me non objiciantur, debetis ea adducere, & vel illis, si vera sint, subscribere; vel si falsa vobis videbuntur; falsitatem ostendere, & causam, cur illa rejiciatis, asserre. Ne mirere igitur, Clementine; si non video, si non intelligo, meam me causam labefactare, ne dicam perdere, & Tiraboschii verba, dum refellere cupio, hoc ipso, quia externos testes, & laudatores usque colligo, imprudentem confirmare. Nihil horum, inquam; video; nihil intelligo; sed potius illud, quod modo dicebam; vos jus Italicum nimis extendere; Provinciarum exterarum jura arctare; clarissimis illarum iudicibus multimodis injurios esse; eoque caerite caera contra jus omne dignos aestimare.

I 3

At

At tu non vides, Clementine, quae sit hic Popeblundio tribuenda auctoritas; quia, ut ipse ais, aliorum tantum sententias in utramque partem referre sibi proposuit; non ut accurate ex propria persona de unoquoque disserat. Paulo aliter ego existimo, Clementine; nam et si aliorum sententias curiose referat Popeblundius; adeo ut nec Sacrificium Naugerianum, nec *Asinos Giraldianos* omitat; tamen, & suam ipse sententiam libere mihi videtur dicere; nec tanti facere ineptorum hominum fabulas, & nugas, ut ideo minus honorifice de Martiale pronunciet. *Libros*, inquit, *duodecim epigrammatum composuit miro ingenio, & singulari urbanitate*. Hoc tu iudicium, quum Popeblundium legeres, fortasse transiisti; nam accidit interdum nobis, etiam cum attente legimus, ut unum vel alterum versum, mente alio evagante, transeamus. Quare vide jam, quae hic sit Popeblundio tribuenda auctoritas; vel, si ne nunc quidem videre vis; vide saltem, me non sole re agere *leniter, & leviter*; sed rationum, & auctoritatum vim, & pondus examinare, & summa cum fide, pro mea sententia, cum licet, adducere.

Sed multo etiam magis es admiratus, quod mihi in mentem venerit; Morhoffium Germanum citare; qua occasione in laudes Germaniae,

niae; more tuo; excurris; sed de hoc Germani viderint: Ego, quod me rogas; quid mihi cum hunc Germanum citavi, in mentem venerit; dicam: nimirum, Morhoffium in aliis iudiciis cum bonis Criticis fere sentire; & verisimile mihi non videbatur; hic eum a morte suo recedere: Neque inquinata latinitas iudicium ejus sic elevat, ut tu putas; nam multi de optimis latinitatis Auctoribus, & Poetis optime judicant; cum ipsi nec valde latini; nec valde boni sint Poetae; alia est enim scribendi, alia bene iudicandi ratio, ut multis in locis Huerius docuit. Et quidem Lib. 5. de rebus ad eum pertinet sic de Petro Cornelio scribebat. *Parum ad haec respexit Cornelius, suoque delectatus artificio, caetera contempsit: Adeo verum est, quod & nos alibi contra receptam vulgi opinionem ausi sumus scribere; plures reperiri Poetas vidimus; qui tamen perari sunt; quam aequos, & acutos Poeseos existimatores; & iudices*. Jam minus mirabere, si Morhoffii iudicio causam Martialis confirmare voluerim; etiam si Germani ingenii sint, ut tu dicis, crassioris; & ad latinam tum Orationem; tum Poesim inepti, minimeque elegantis iudicii semper fuerint; & ille cum caeteris Germanis comparatus; tantum eos barbarie vincat; quantum ipsi lepore, & urbanitate ab Italis superantur. Mis-

certe non movet, quod hujus Germani impudentiam, incitiae comitem, carpas; nam in eo quod Martialem in arte epigrammatis Catullo praetulerit, nec impudenter, nec incite fecit. An autem Martialis eam laudem ex hujus Germani ore audire voluisset, nescio: nihil a te adduci, propter quod ea laus talis mihi videatur, ut Poeta non esset eam libenter auditorus, plane video. At hic tu, quasi rem, vel frivolam, vel ridiculam exagitas, quod dixerim, Morhoffium, quod & alii antea fecerant, Martialem Catullo in arte Epigrammatis praetulisse; & me satis modeste rogas, an ex eo sim numero, qui quod exemplo fit, jure putem fieri. Quod profecto non faceres, si scires, qui viri illi fuerint, quorum exemplum sequutus est Morhoffius, cum pluris Martialem, quam Catullum fecit in arte epigrammatis. Nam qui ante Morhoffium id fecerant, non sunt Volaterranus, & Jovius; quorum exemplo qui faceret, non satis prudenter mihi facere videretur; sed Nicolaus Perottus, Domitius Veronensis, Ludovicus Vives, Julius Caesar Scaliger, Mathaeus Raderus, Ugo Grotius, Franciscus Vavaffor, atque alii horum similes. An autem fieri possit, ut qui Hispanum Poetam Veronensi praeferunt in epigrammatis arte, magna intelligentia, & optimo judicio fuerint, alii viderint: certe hi, quos nomi-

minavi, ita fecerunt; nec tamen de eorum intelligentia, & judicio video ab eruditis dubitari.

Sed jam ad Dominicum de Colonia, & Josephum Juventium, qui Latinitate purissima scripserunt, & sunt harum rerum idonei iudices, veniamus. Nec refert, quod Galli sint, tum ob ea quae saepius dixi; tum maxime, quia Itali nostri saeculi duos hos Gallos adeo boni gustus existimant, ut illos simul edere voluerint, quo commodius Itala Juventus in Rhetorica, & Poesi eis Magistris institueretur. Equidem hic Ferrariae hos praecipue Gallos auctores ad praecepta eloquentiae, & poeseos imbibenda juventuti vestrae explicabant hoc tempore idonei sane Magistri, quibus ego amicis utebar. At multis ineptis refertas Juventii poeticas Institutiones esse ais. Ais tu quidem; at vide, quid alia in re Catullus tuus dicat, nam hic maxime valet:

*Non istuc satis est uno te dicere verbo;*

*Sed facere ut quisvis sentiat, & videat. Carm. 66.*

At tu, etiam si sis disertissimus, nunquam tamen facies, id ut sentiant, & videant Ferrarienses, qui his Institutionibus imbuti, ad musicam palmam contendunt. Et vero Ferrarium exemplum hac quidem in re eo pluris faciendum est, quo eo in solo nati, & educati sunt, quod optimis semper Poetis abundavit,

nec

nec nunc non abundat. Jam igitur de utroque hoc Gallo seorsim agamus; & quid de Martiale senserint, videamus. Dominicus quidem de Colonia Hispanum Poetam; non minus quam saeculorum omnium eruditi; laudat, ut videre poteris, si Rhetoricam ejus volēs evolere. Neque id mirum tibi videatur; Clementine; non enim de Colonia ex novis Alethiotarum legibus, sed ex illis, quas a Julio Caesare sciebat traditas; judicabat. Hae quales fuerint, & nos jam satis docuimus, & ipse satis indicat; cum de incerti temporis Grammatici Palladii epigrammatis duobus judicium suum declarat. In eō enim loco, in quo optima, & lectissima auctorum loca recenset, & Juventuti ut optima exemplaria ad imitandum proponit; ita scribit: *In Palladio Grammatico, & incerti temporis Poeta acatissimum illud epigramma de asino, qui forte Homeri voravit Iliadem:*

*Carminis Iliaci libros consumpsit asellus;*

*Hoc farum Trojae est, aut equus; aut asinus  
Itemque illud ejusdem Palladii, cujus argumentum satis per se liquet:*

*Militis in galea nidum fecere columbae;*

*Apparet Marti quam sit amica Venus.*

*In quo sane utroque; licet auctoris parum noti epigrammate licet observare tres perfecti epigrammatis doctores, atque virtutes; Brevitatem, Acumen,*

¶

¶ *Venustatem.* Vides, Clementine, qualia sint illa duo epigrammata, si ex veris legibus epigrammatis, ut a Dominico de Colonia fit, expendantur, nempe optima. At si eadem ex vestris regulis velimus examinare, erunt plane inepta, & ridicula. In utroque enim sententia falsa est, & plane absurda. Cui enim non prorsus infano persuaderi unquam poterit, in fatis Trojae fuisse, ut in equum jam olim incidere, ut ab eo interiret; & tanto post in asinum, ut ab eodem voraretur? Adde, quod equus ille instar montis, qui Trojam fingitur vel devorasse, vel diruisse; equi nihil praeter nomen haberet; machina quaedam esset militaris, quatendis, & evertendis muris idonea; contra vero Troja illa, quam verus asinus voravit, non urbs Phrygiae, sed liber optimi Poetae esset. Ex vestris igitur legibus nihil magis ridiculum fingi potuit hoc epigrammate. Patere igitur, Clementine, ut ego serio dicam, valde ridiculas esse illas leges, ex quibus tam ridicula consequuntur. Jam alterum, si ad easdem novas leges exigatur, non minus erit insanum. Ex eo enim quod in galea militis casu nidificaverint columbae, collegit Poeta Veneris cum Marte amicitiam. Quid, si in illa ipsa galea simili casu noctua nidum fecisset? Jam appareret, quam amica Marti esset Minerva.

Pos-

Possem alias aves persequi ; quod si facerem ,  
 appareret , omnes Deas , in quarum tutela  
 essent , amicas Martis , & totidem Veneres  
 fuisse . Apparet igitur , Clementine , frigidam ,  
 inanem , falsam , & vere ridiculam esse illam  
 legem , quam tu tanti faciebas , ut ea sola , tam-  
 quam ariete quodam Bilbilitani Poetae famam  
 sperares te posse diruere , & solo aequare . Mi-  
 hi quidem iudicium laudati Critici de duplici  
 Palladii epigrammate videtur prudentissimum ,  
 utrumque epigramma optimum . Neque in his  
 folis epigrammatis quale suum esset de his re-  
 bus iudicium ostendit de Colonia ; ostenderat  
 ante dum de Aufonio loquens , scribebat : *Int*  
*Aufonio venustissimum epigramma de Didone :*

*Infelix Dido , nulli bene uupra marito :*

*Hoc pereunte fugis ; hoc fugiente peris :*

*Nec minus elegans illud de marre , & filio pul-  
 chris , sed luscis :*

*Parve puer lumen quod habes , concede parenti ;*

*Sic tu caecus amor ; sic erit illa Venus .*

Hoc Aufonii epigramma Hieronymo vestro  
 Amalthaeo valde placuisse , satis probat ; quod  
 illud non dedignatus sit imitari , ait enim :

DE ACONE , ET LEONILLA :

*Lumine Acon dextro , capra est Leonilla sinistro ;*

*Et poris est forma vincere uterque Deos .*

*Blande puer , lumen quod habes , concede sorori ,*

*Sic*

*Sic tu caecus amor : sic erit illa venus .*

Fateor , Clementine , non omnes Italos Poe-  
 tas , quos ego inter imitatores Martialis recen-  
 sui , tam aperte Poetam Hispanum , quam hic  
 Gallum , esse imitatos ; sed neque id ad veram  
 & laudabilem imitationem necessarium , neque  
 conveniens arbitrabar : si enim ita essent omnes  
 imitati , fortasse non eos imitatores , sed fures ,  
 & plagiaros appellassem .

Dominico de Colonia Josephum Juventium  
 adjunxi , & merito ; nam nescio an quisquam  
 majore unquam iudicio Martialem , etsi more  
 suo paucis verbis laudaverit , & laudum , quas  
 ei tribueret , rationem reddiderit . Non ignora-  
 bat Juventius , quid Volaterranus vestrae factio-  
 nis caput , scriptum reliquerit ; nimirum hunc  
 Poetam neque moribus , neque ingeniis prodesse  
 posse . Quare ne aliquando Volaterrani auctori-  
 tas incautae juventuti noceret ; ei toto corpore  
 se opposuit , & duplicem dicti falsitatem redar-  
 guendam suscepit . Itaque in eo libro , quem  
 de ratione docendi , & discendi scripsit , quem  
 librum summopere Rollinus commendat , con-  
 trariam , & his verbis conceptam sententiam su-  
 am posuit : *Mores , & ingenium perpolire po-  
 rest ejus lectio* , id est , Volaterranus in iudicio  
 Martialis utroque pede impegit . Atque haec  
 quidem contra caput novae factionis Juventius  
 ve-



vere, sed illud longe illustrius; quod cum Volaterrani, & Jovii dicta nonnullos a trita doctiorum in judicando de Martiale orbita averrissent; ne latius hoc malum serperet, & ingeniosos adolescentes, novos, inquam, Galliae suae Clementius ipsa novitate pelliceret; quomodo de hoc Poeta sentire deberent, si vellent doctis aetatum omnium Viris consentire; sic eos in vita Martialis docebat: *Erat, inquit Plinius Secundus, illius aequalis, & amicus homo ingeniosus, acer, & qui plurimum in scribendo & salis haberet, & fellis. Aelius Verus Caesar, teste Spartiano, Martialem Virgilium suum appellabat. Omitto Recentiorum de illo testimonia plena dignitatis; quibus adstipularur consentiens omnium aetatum fama.* Vides, Clementine, qualis sit consentiens aetatum omnium fama de Martiale. Neque falso haec a Juventio dici existimes; non enim hunc consensum saeculorum omnium possunt imminuere Volaterranus, & Jovius & alii, quos jure Farnabius in infelicitium Criticorum censum retulit. Si hoc satis esset, ut fama omnium saeculorum de aliquo auctore non esset consentiens; nec Cicero Oratorum, nec Virgilius Poetarum saeculorum omnium consentiente fama esset Princeps. Habuit enim Cicero, habuit Virgilius suos Volaterranos, & Jovius, qui a communi doctiorum

via

via deerrarunt, & alios in suum errorem pertraxerunt. Hunc ipsum Juventium, quo melius Galli Juvenes possent Martialem intelligere, & ex eo gustum in epigrammate haurire, politicissimis notis hunc Poetam illustrasse scripsi. Sed tu nunquam non ingeniosus, arrepta hinc occasione, sic me alloqueris: *Sed quorsum ista? Aut quae inde laus ad Martialem redundat?* Haec, Clementine, eo a me referuntur, ut intelligas, non tale esse Juventii judicium, ut possis illud contemnere, tanquam si esset a crassioribus illis, quos tu nobis depingis, Germanis, vel a corruptis Italis saeculi XVII. iudicibus profectum; sed a viro Gallo, eoque polito, & eleganti. At inquis: *Quae laus inde in Martialem redundat?* Eadem profecto, atque in Virgilium, Catullum, Tibullum, Propertium, cum a viris idoneis celebrantur. Tu ipse priusquam Tiraboschii historiam legis, ita censebas. Quod ut ostendam, afferam hic libenter meum de aureolo tuo in quosdam Terentii versus commentariolo judicium, & quale tum tibi visum fuerit, subjiciam. Versus Afri Poetae, quos tu illustrabas, sunt hi:

*Quam iniqui sunt Patres in omnes Adolescentes ju-*  
*(dices,*  
*Qui equom esse censent, nos jam a pueris illico na-*  
*(sci senes,*

Heaut. Act. 2, Scen. I.

Ju-

Judicium meum erat ejusmodi.

*Cum vitam graphice pingeret Terentius,  
Sensus revelans proferensque singulos  
Altiis latentes cordis in recessibus;  
Natura sumsit in manus Comoedias;  
Seseque ut vidit, admirata, dicitur  
Dixisse: jam natura ab arte vincitur.  
At ipsa Commentarium Vannertii  
Videns, quo Vatis explicat sententias,  
Nitore inficiens, dum revelat, aureo:  
Mirata rursus, dixit: haud putaveram,  
Me posse in speculo tam eleganter exprimi,  
Qualem vel una pinxit hic in Scenula.  
Illud probare nemo me coegerit,  
Quod vixdum Juvenis tale opus qui scripserit,  
Is neget a pueris Juvenis jam nasci senes.*

Hoc meum de tuo commentariolo judicium.  
Quale tuum de hoc meo? Quod in tua discretissima, & plena urbanitatis epistola his verbis declarabas: *Illud semper maximi honoris loco habeo, quod in tua carmina pervenerim: cum autem tua dico, satis mihi videor, eorum suavitatem, nitorem, venustatem, uno verbo, praestantiam designare. Quae omnia non tuae magis, quam meae gloriae incrementum afferunt; siquidem summo Sapientum consensu statutum est, multum interesse ad veram laudem, quali utaris laudatore. Unde etiam Cicero mirifice mihi placet, qui non*

*ita*

*ita dementem se esse dicit, ut per eum gloriae commendari velit, qui non ipse quoque in se commendando propriam ingenii gloriam consequatur. Quod autem iste optavit quidem saepe, nunquam te ipsa vivus est adeptus, id mihi adhuc adolescenti quodam modo tributum laetari possum. Neque enim dubito, quin versus tui pro clarissimis meae in bonas literas voluntatis insignibus, atque aere perennioribus monumentis futuri sint. Digni sunt quidem certe, qui cedro liniantur, aut laevi cupressu diligentissime serventur. Porro ut intelligas, non me solum ita existimare; testem tibi do hoc ipsum Diploma, quo Academiae nostrae Sociis, ut te in numerum suum adsciscerent, placuit; adductis videlicet cum doctrinae tuae fama, tum maxime praeclaro hoc objecto Poeticae artis specimine. Quam gratum tibi futurum sit officium meum, nescio; illud scio, me, si ad id quidem spectem, quod tibi debeo, nunquam solvendo fore; si vero ad id, quod ego possum, omnia jam persolvisse. Hanc ego Epistolae tuae sententiam, etsi paulo longiorem, hic a me & tuis, & lectorum nostrorum oculis exponendam putavi; tum ut constet, quae laus in Martialem ex eo quod a politissimo, & limatissimo Juventio laudetur, tuo ipsius judicio redundet; tum etiam ut testatum posteris relinquam, qualis tuus in me hominem non modo exte-*

*K*

*rura*

rum, sed tibi ignotum, jam tum animus fuerit, qui ob tam tenue, & alias debitum obsequium, & testimonium, quale in meis illis Jambis continetur, volueris ut clarissimi Roboretani Academici me inter tot illustres Academiae Socios scriberent, & plenum honoris diploma ad me nil tale non dico merentem, sed ne cogitantem quidem, transmiseris.

Quod autem te rogavi, num putares futurum, ut Juventius erubesceret, si cum suo Martiale esset deprehensus; jure me rogasse scias. Neque id impedit, quod ibi Cl. Tiraboschius de Poeta, ut dicis, non de quovis Scriptore loquatur. Nam Tiraboschius non negat, esse in Hispano Poeta non pauca optimi gustus, & quae bonus etiam Poeta possit, & debeat imitari; nulla igitur causa est, cur in nostro hoc saeculo bonus Poeta cum Martiale deprehensus, erubescat; cum sic deprehensus possit dicere, se hunc Poetam non propter mala illa, si quae sunt epigrammata, sed propter bona haec, quae & Tiraboschius, & omnes in eo esse fatentur, & plura numero quam sint omnia Catulli, si ve mala, si ve bona. Nec propter illa mala, si prudens esset, debebat erubescere; nam etsi videret, mala esse quantum ad artem epigrammatis; intelligeret tamen, non esse mala, sed omnino necessaria ad perfectionem operis epigram-

grammatici, non minus quam umbrae in pictura, ut Juventius docebat. Vides ergo, me assequi Tiraboschiani dicti sententiam; & ideo quia illam assequor, & tum dixi, & nunc dico, esse ridiculam animadversionem, & futilem ineptiam. Quo tamen ex dicto tolles tu, si volles, modum aliquanto asperiores, verum ita ut relinquant veritatem.

*VI. Porro Martialis causa non ejusmodi est, ut de illa liceat Tiraboschiis judicare. Judicavit &c. Si ea quae haecenus dixi, bene animadvertas, intelliges profecto, Clementine, jure me dixisse, causam Martialis non ejusmodi esse, ut de illa liceat Tiraboschiis judicare. Quod tamen non ita velim interpretare, ut soli Tiraboschio hanc de Martialis causa judicandi facultatem videar ademisse: & tibi, & mihi, & omnibus, qui hoc saeculo vivunt, id juris esse nego; at non solum, ut tu putabas, quia de illa argenteum, in quo scribebat, saeculum judicavit; sed quia ut ex serie optimorum auctorum, quos in mea epistola ordine recensui, apparet; de illa viri saeculorum omnium, ne excepto quidem XVI., eruditissimi judicarunt. Id totum ego ut ordine dicerem, & probarem, debebam ab aliquo saeculo incipere; nec volui, ut Tiraboschius tuus facit in jucundissima animadversione, a saeculo XVI. ordiri, illa quae*

rum, sed tibi ignotum, jam tum animus fuerit, qui ob tam tenuē, & alias debitum obsequium, & testimonium, quale in meis illis Jambis continetur, volueris ut clarissimi Roboretani Academici me inter tot illustres Academiae Socios scriberent, & plenum honoris diploma ad me nil tale non dico merentem, sed ne cogitantem quidem, transmiseris.

Quod autem te rogavi, num putares futurum, ut Juventius erubesceret, si cum suo Martiale esset deprehensus; jure me rogasse scias. Neque id impedit, quod ibi Cl. Tiraboschius de Poeta, ut dicis, non de quovis Scriptore loquatur. Nam Tiraboschius non negat, esse in Hispano Poeta non paucā optimi gustus, & quae bonus etiam Poeta possit, & debeat imitari; nulla igitur causa est, cur in nostro hoc saeculo bonus Poeta cum Martiale deprehensus, erubescat; cum sic deprehensus possit dicere, se hunc Poetam non propter mala illa, si quae sunt epigrammata, sed propter bona haec, quae & Tiraboschius, & omnes in eo esse fatentur, & plura numero quam sint omnia Catulli, si ve mala, si ve bona. Nec propter illa mala, si prudens esset, debebat erubescere; nam etsi videret, mala esse quantum ad artem epigrammatis; intelligeret tamen, non esse mala, sed omnino necessaria ad perfectionem operis epigram-

grammatici, non minus quam umbrae in pictura, ut Juventius docebat. Vides ergo, me assequi Tiraboschiani dicti sententiam; & ideo quia illam assequor, & tum dixi, & nunc dico, esse ridiculam animadversionem, & futilem ineptiam. Quo tamen ex dicto tolles tu, si volēs, modum aliquanto asperiores, verum ita ut relinquant veritatem.

*VI. Porro Martialis causa non ejusmodi est, ut de illa liceat Tiraboschiis judicare. Judicavit &c. Si ea quae haecenus dixi, bene animadvertas, intelliges profecto, Clementine, jure me dixisse, causam Martialis non ejusmodi esse, ut de illa liceat Tiraboschiis judicare. Quod tamen non ita velim interpretare, ut soli Tiraboschio hanc de Martialis causa judicandi facultatem videar ademisse: & tibi, & mihi, & omnibus, qui hoc saeculo vivunt, id juris esse nego; at non solum, ut tu putabas, quia de illa argenteum, in quo scribebat, saeculum judicavit; sed quia ut ex serie optimorum auctorum, quos in mea epistola ordine recensui, apparet; de illa viri saeculorum omnium, ne excepto quidem XVI., eruditissimi judicarunt. Id totum ego ut ordine dicerem, & probarem, debebam ab aliquo saeculo incipere; nec volui, ut Tiraboschius tuus facit in jucundissima animadversione, a saeculo XVI. ordiri, illa quae.*

antecefferant saecula praeterire. Ideo a saeculo argenteo, in quo Martialis scripsit, incipiens, optimorum judicum seriem, & eorum in hac causa sententias, quantum in brevi epistola fieri potuit, referebam; donec allata Juventii auctoritate, concluderem, hoc fuisse ab eo tempore, quo Hispanus Poeta scripsit, usque ad hanc nostram aetatem doctorum, & eruditorum virorum de hoc Poeta iudicium, hanc consentientem famam. Huic autem saeculorum omnium iudicio, & consentienti Eruditorum famae nihil Tiraboschius, nihil quisquam nostri saeculi etiam si eruditissimus potest derogare.

Verum sic dixisse me, non esse ejusmodi causam Martialis, ut de illa liceat Tiraboschius iudicare; quia de ea iudicavit argenteum saeculum, in quo Coeci, & Mulliones melius de his rebus iudicabant, quam qui hodie familiam ducunt in literis. Etiam si ita scripsissem, quod tamen non feci, nunquam tu hanc meam sententiam falsitatis coargueres; multo minus eandem non esse Mureti evinceret. Nam primum non aliquos tantum intra Romam optime de Martiale sensit, & iudicasse; sed totum orbem Romanum Hispano Poetae favisse, ostendam. Quod ut ordine demonstrarem, dividam primum illius saeculi iudices literarios in eos, qui intra, & eos qui extra urbem erant.

Tum

Tum illos qui intra urbem, in tres classes distribuam; primam Principum, sive Imperatorum; alteram Doctorum sive Eruditorum; tertiam plebis; seu Cocorum, & Mullionum; & nullius ex tribus his classibus iudices posse contemni efficiam. Eamus per partes.

Ac primum Principes; & Imperatores & Martialem laudasse, & praemiis decorasse constat ex eodem Lib. 3. Epig. 56.

*Praemia laudato tribuit mihi Caesar uterque.*

*Natorumque dedit jura paternam trium.*

Erant autem hi Principes Titus, & Domitianus fratres, uterque & eloquentiae, & poeseos laude insignis. Ac de Titi eloquentia, atque eruditione luculentum sane est Plinii majoris testimonium; in ea quidem epistola, in qua magnum opus historiae naturalis ei dedicat; ubi de causis, quae se ad dedicandum tanto Principi non satis dignum opus moverint, auctorum more differens, inter alia haec habet: *Tē quidem in excelssimo humani generis fastigio positum, summa eloquentia; summa eruditione praeditum religiose adiri etiam a salutantibus scis; & ideo immensa praeter caeteras subit curā, ut quae tibi dicantur; condigna sint.* Terrebat igitur magnum Plinium Titi eloquentia; & eruditio, & ut ipse ait, *ingenii iudicium;* quibus verbis mirifice significare mihi videtur;

K 3

Prin-

antecefferant saecula praeterire. Ideo a saeculo argenteo, in quo Martialis scripsit, incipiens, optimorum iudicum seriem, & eorum in hac causa sententias, quantum in brevi epistola fieri potuit, referebam; donec allata Iuventii auctoritate, concluderem, hoc fuisse ab eo tempore, quo Hispanus Poeta scripsit, usque ad hanc nostram aetatem doctorum, & eruditorum virorum de hoc Poeta iudicium, hanc consentientem famam. Huic autem saeculorum omnium iudicio, & consentienti Eruditorum famae nihil Tiraboschius, nihil quisquam nostri saeculi etiam si eruditissimus potest derogare.

Verum fac dixisse me, non esse eiusmodi causam Martialis, ut de illa liceat Tiraboschii iudicare; quia de ea iudicavit argenteum saeculum, in quo Coci, & Mulliones melius de his rebus iudicabant, quam qui hodie familiam ducunt in literis. Etiam si ita scripsissem, quod tamen non feci, nunquam tu hanc meam sententiam falsitatis coargueres; multo minus eandem non esse Mureii evinceret. Nam primum non aliquos tantum intra Romam optime de Martiale sensisse, & iudicasse; sed totum orbem Romanum Hispano Poetae favisse, ostendam. Quod ut ordine demonstrarem, dividam primum illius saeculi iudices literarios in eos, qui intra, & eos qui extra urbem erant.

Tum

Tum illos qui intra urbem, in tres classes distribuam; primam Principum, sive Imperatorum; alteram Doctorum sive Eruditorum; tertiam plebis, seu Cocorum, & Mullionum; & nullius ex tribus his classibus iudices posse contemni efficiam. Eamus per partes.

Ac primum Principes, & Imperatores & Martialem laudasse, & praemiis decorasse constat ex eodem Lib. 3. Epig. 56.

*Praemia laudato tribuit mihi Caesar uterque.*

*Natorumque dedit iura paternam triumphum.*

Erant autem hi Principes Titus, & Domitianus fratres, uterque & eloquentiae, & poeseos laude insignis. Ac de Titi eloquentia, atque eruditione luculentum sane est Plinii majoris testimonium, in ea quidem epistola, in qua magnum opus historiae naturalis ei dedicat; ubi de causis, quae se ad dedicandum tanto Principi non satis dignum opus moverint, auctorum more differens, inter alia haec habet: *Te quidem in excelsissimo humani generis fastigio positum, summa eloquentia; summa eruditione praeditum religiose adiri etiam a salutariibus scis; & ideo immensa praeter caeteras subit cura; ut quae tibi dicantur, condigna sint.* Terebat igitur magnum Plinium Titi eloquentia, & eruditio, &, ut ipse ait, *ingenii iudicium;* quibus verbis mirifice significare mihi videtur,

K 3

Prin-

Principis experientiam in iudicando, & plenam prudentiae facultatem; qualem in iudicibus nostri saeculi haud facile reperias. Ad haec Poetices laudem eidem tribuit; de qua tamen clarius Suetonius; qui Latinae, Graecaeque linguae vel in orando, vel in fingendis poematibus promptum appellat. In Tit. Cap. 3. Is igitur Princeps, & his toribus ad bene iudicandum ornatus, non solum Martialem verbis laudare, sed & praemiis illum augere voluit, ut ex laudato supra epigrammate intelligimus.

Non minus idoneus Iudex Titi frater Domitianus; quod, ut alia omnia deessent, abunde evincunt ejusdem Plinii majoris verba in laudata epistola, quam immortalis operi praefixit; sic enim in ea Titum alloquitur: *Quantus in poetica es! O magna fecunditas animi! Quemadmodum fratrem quoque imitaberis, excogitasti.* Jam, nisi summa poeseos laude Domitianus florisset, & major vulgo Poeta quam ipse Titus esset habitus; laus, quam Plinius Tito tribuit, valde esset inepta. Sensus enim verborum Plinii sine dubio est ille, quem Joannes Arduinus ad eum locum per haec verba declaravit: *Quanto, inquit, studio fratris tui (Domitiani) laudes aemularis, quem poetica arte scimus esse eximium?* Et vero si Tito satis esse putabat Plinius ad laudem in poesi, quod

fra

fratris esset imitator, vel (quod significantius est) quod quemadmodum fratrem imitaretur, excogitaverit, qualem in ea arte Domitianum fuisse oportuit? Adstipulantur Plinii sententiae Silius Italicus, Marcus Valerius Martialis, Valerius Flaccus. Quin Vossius putat; Titum exemplo fratris Domitiani; licet natu minoris, ad poeticam se contulisse. De Poetis Graecis, & Latinis C. 9. Ipse Quintilianus; cujus iudicio nemo prudens non libenter acquiescat, libro *institutionum* 10. enumeratis Graecis, & Latinis Poetis una cum suis iudiciis de eorum dignitate, ac praestantia, ait: *Hos nominavimus, quia Germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum, parumque Deis visum est, esse eum maximum Poetarum. Quid tamen iis ipsis ejus operibus, in quae donatus imperio juvenis successerat, sublimius, doctius, omnibus denique numeris praestantius!* Hoc quidem iudicium summi illius aetatis, imo summi aetatum omnium in his rebus Critici; quod qui cum Pliniano volet jungere, optime de facultate poetica Domitiani iudicabit. Neque enim facile dixerim, ab utro eorum magnificentius laudatus fuerit Domitianus. At video; ne sic quidem tutam poeticam lauream esse huic Principi; Lilius Giraldus illam ei eripere adlaborat. Audi sis illum: *De Domitiano vero Fabius Quintilianus,*

K 4

qua

Principis experientiam in iudicando, & plenam prudentiae facultatem; qualem in iudicibus nostri saeculi haud facile reperias. Ad haec Poetices laudem eidem tribuit; de qua tamen clarius Suetonius; qui Latinae, Graecaeque linguae vel in orando, vel in fingendis poematibus promptum appellat. In Tit. Cap. 3. Is igitur Princeps, & hisdotibus ad bene iudicandum ornatus, non solum Martialem verbis laudare, sed & praemiis illum augere voluit, ut ex laudato supra epigrammate intelligimus.

Non minus idoneus Iudex Titi frater Domitianus; quod, ut alia omnia deessent, abunde evincunt ejusdem Plinii majoris verba in laudata epistola, quam immortalis operi praefixit; sic enim in ea Titum alloquitur: *Quantus in poetica es! O magna saecunditas animi! Quem admodum fratrem quoque imitareris, excogitasti.* Jam, nisi summa poeseos laude Domitianus florisset, & major vulgo Poeta quam ipse Titus esset habitus; laus, quam Plinius Titro tribuit, valde esset inepta. Sensus enim verborum Plinii sine dubio est ille, quem Joannes Arduinus ad eum locum per haec verba declaravit: *Quanto, inquit, studio fratris tui (Domitiani) laudes aemularis, quem poetica arte scimus esse eximium?* Et vero si Tito satis esse putabat Plinius ad laudem in poesi, quod

fra-

fratris esset imitator, vel (quod significantius est) quod quemadmodum fratrem imitaretur, excogitaverit, qualem in ea arte Domitianum fuisse oportuit? Adstipulantur Plinii sententiae Silius Italicus, Marcus Valerius Martialis, Valerius Flaccus. Quin Vossius putat; Titum exemplo fratris Domitiani, licet natu minoris, ad poeticam se contulisse. De Poetis Graecis, & Latinis C. 9. Ipse Quintilianus; cujus iudicio nemo prudens non libenter acquiescat, libro *institucionum* 10. enumeratis Graecis, & Latinis Poetis una cum suis iudiciis de eorum dignitate, ac praestantia, ait: *Hos nominavimus, quia Germanicum Augustum ab institutis studiis deflexit cura terrarum, parumque Deis visum est, esse eum maximum Poetarum. Quid tamen iis ipsis ejus operibus, in quae donatus imperio juvenis successerat, sublimius, doctius, omnibus denique numeris praestantius!* Hoc quidem iudicium summi illius aetatis, imo summi aetatum omnium in his rebus Critici; quod qui cum Pliniano volet jungere, optime de facultate poetica Domitiani iudicabit. Neque enim facile dixerim, ab utro eorum magnificentius laudatus fuerit Domitianus. At video; ne sic quidem tutam poeticam lauream esse huic Principi; Lilius Giraldus illam ei eripere adlaborat. Audi sis illum: *De Domitiano vero Fabius Quintilianus;*

K 4

qua



qua parte Poetarum iudicium facit, ipso adhuc Domitiano vivente, a quo sororis filiorum institutioni praefectus fuerat, quae mox dicam, scripsit: atque propterea nescio quo pacto adulari potius, quam vera dicere, videri potest. Ad quam rem quoque propensior Hispanorum solet esse natio. Non poterat Giraldus ignorare iudicium magni Plinii iudicio Quintiliani simillimum, nec minus Domitiano honorificum: interea Quintilianus adulatur; quare? Quia scripsit Domitiano vivente. Cur non adulatur Plinius, qui eodem vivente scripsit? Nimirum quia ad adulationem Hispana propensior esse solet Natio. Nihil minus verosimile, nihil minus verum. Dicamus quod res est, Clementine; non Hispani Adulatores, quod vitium a celsa hujus gentis indole immane quantum distet, & abhorreat; sed Giraldus, ut plerique exterorum, Hispanae gloriae invidus, & infensus. Nisus omnes clarissimi hujus Ferrariensis, & eorum omnium, qui illi hac in parte adhaerent, eo recidunt, ut Principem, cui Hispanus Poeta erat in deliciis, non satis idoneum harum rerum iudicem prodant. Sed frustra in eo laborant. Vir erat doctus Lilius Giraldus, sed in hac Sparta nihil ad Fabium Quintilianam, neque vero ad Plinium. At Suetonius Tranquillus, idoneus quidem auctor, rem fortasse composuerit, qui Domitianum Poe-

tices studium simulasse, & publice recitasse scribit: nunquam aut historiae, carminibusve cognoscendis operam ullam, aut stilo vel necessario dedisse. Verum quis non videt, malignas hujusmodi alieni animi interpretationes parum ponderis habere; cum de factis constet, nec ipse Tranquillus illa vocet in dubium? Eiusdem generis sunt alia Tranquilli verba. In Domit. Cap. 20. *Liberalia*, inquit, *studia iniro imperio neglexit, quamquam Bibliorhecas incendio absumptas impensissime reparare curasset, exemplaribus undique petitis; missisque Alexandriam, qui describerent, emendarentque.* Id est, quamvis ex his, quae facit, manifeste appareat, eum liberalia studia non neglexisse; tamen neglexit. At confirmat Tranquilli sententiam Tacitus; *simplicitatis*, inquit, *ac modestiae imagine in altitudinem conditus, studiumque literarum, & amorem carminum simulans, quo velaret animum, & fratris aemulationi subduceretur, cuius disparem mitioremque naturam contra interpretabatur.* Hist, Lib. 4. C. 86. Et quidem hunc Taciti locum cum retulisset Funcius, subjunxit: *Haec nos fides historica docet; suam contra alii produnt adulationem maximam, qui eum literatorem, & Poetam summum vocare non dubitant.* Itane Funci? Haec nos docet fides historica? Cui tu id persuadebis? Fides historica in referendis fa-

qua parte Poetarum iudicium facit, ipso adhuc Domitiano vivente, a quo sororis filiorum institutioni praefectus fuerat, quae mox dicam, scripsit: atque propterea nescio quo pacto adulari potius, quam vera dicere, videri potest. Ad quam rem quoque propensior Hispanorum solet esse natio. Non poterat Giralduſ ignorare iudicium magni Plinii iudicio Quintilianum simillimum, nec minus Domitiano honorificum: interea Quintilianus adulatur; quare? Quia scripsit Domitiano vivente. Cur non adulatur Plinius, qui eodem vivente scripsit? Nimirum quia ad adulationem Hispana propensior esse solet Natio. Nihil minus verosimile, nihil minus verum. Dicamus quod res est, Clementine; non Hispani Adulatores, quod vitium a celsa huius gentis indole immane quantum distet, & abhorreat; sed Giralduſ, ut plerique exterorum, Hispanae gloriae invidus, & inſenſus. Nisus omnes clarissimi huius Ferrariensis, & eorum omnium, qui illi hac in parte adhaerent, eo recidunt, ut Principem, cui Hispanus Poeta erat in deliciis, non satis idoneum harum rerum iudicem prodant. Sed frustra in eo laborant. Vir erat doctus Lilius Giralduſ, sed in hac Sparta nihil ad Fabium Quintilianum, neque vero ad Plinium. At Suetonius Tranquillus, idoneus quidem auctor, rem fortasse composuerit, qui Domitianum Poe-

ti-

tices studium simulasse, & publice recitasse scribit: nunquam aut historiae, carminibusve cognoscendis operam ullam, aut stilo vel necessario dedisse. Verum quis non videt, malignas huiusmodi alieni animi interpretationes parum ponderis habere; cum de factis constet, nec ipse Tranquillus illa vocet in dubium? Eiusdem generis sunt alia Tranquilli verba. In Domit. Cap. 20. *Liberalia*, inquit, *studia inito imperio neglexit, quamquam Bibliothecas incendio absumtas impensissime reparare curasset, exemplaribus undique petitis; missisque Alexandriam, qui describerent, emendarentque.* Id est, quamvis ex his, quae fecit, manifeste appareat, eum liberalia studia non neglexisse; tamen neglexit. At confirmat Tranquilli sententiam Tacitus; *simplicitatis*, inquit, *ac modestiae imagine in altitudinem conditus, studiumque literarum, & amorem carminum simulans, quo velaret animum, & fratris aemulationi subduceretur, cuius disparioremque naturam contra interpretabatur.* Hist. Lib. 4. C. 86. Et quidem hunc Taciti locum cum retulisset Funcius, subiunxit: *Haec nos fides historica docet; suam contra alii produnt adulationem maximam, qui eum literatorem, & Poetam summum vocare non dubitant.* Itane Funci? Haec nos docet fides historica? Cui tu id persuadebis? Fides historica in referendis

fa-

factis, ut facta sunt plane consistit: atqui hic de factis nemo dubitat: ea fecisse Domitianum, quae solent facere qui Poetae habentur, qui amant literas, & Literatos; non minus Cornelius Tacitus, & Tranquillus Suetonius, quam Cajus Plinius, Fabius Quintilianus, Valerius Flaccus, Stadius Papinius, Valerius Martialis narrant. In eo differunt, quod Suetonius, & Tacitus contra rei naturam, & verosimilitudinem ex factis laude dignis animum pravum, & simulatum arguunt facientis; alii vero a me laudati auctores, secundum rei naturam, & verosimilitudinem ex factis pulchris similem facientis animum interpretantur. Non igitur fides historica, ut tu, Funci, narras; sed historicorum malignitas haec nos docet. Non suam alii produnt adulationem; sed suam hi produnt vel invidiam, vel calumniandi libidinem; cum contra tot classicorum ejus temporis auctorum testimonia, talem eum fuisse, tanto post negant. Adde his, Clementine, quod, ut ex ipso Suetonio discimus, instituit idem Domitianus quinquennale certamen Capitolino Jovi triplex, Musicum, Equestre, Gymnicum, in quo certabant etiam & prossa oratione, Graece, Latineque. Celebrabat & in Albano quinquatria Minervae, in quibus Oratorum, ac Poetarum certamina; victores autem ipse sua manu co-

ronabat. Clarius igitur est Domitiani amor in literas, & poesim, & favor in literatos, & Poetas, quam ut malignitate quorundam Scriptorum contra sinceram tot illustrium auctorum narrationem possit obscurari. His igitur literatis Principibus summo in honore fait Martialis; a Domitiano autem non solum sibi, sed & amicis, quos ei ingenium, & poesim pepererat, plurima beneficia impetravit; & quidem plurimos Civitatem a Caesare consequutos in Poetae gratiam scribit ipse Lib. 3. Epig. 36. ad Nevolum:

*Quot mihi Caesareo facti sunt munere Cives,  
Nec famulos totidem suspicor esse tibi.*

A Principibus, quos ad primam classem retulimus, ad secundam eruditorum virorum classem transeamus. Sed ne in re evidenti plus justo immoremur, si eruditorum censum, qui Martiali universim plaudebant, inire velimus; erunt nobis pro omnibus duo e praestantissimis hujus aetatis Oratoribus, Regulus, & Plinius; qui, cum alter alteri maxime inviderent, & invicem in omnibus adversarentur; in laudando tamen, & extollendo Martiale mirifice inter se consentiebant. Et Regulus quidem tanti faciebat ejus epigrammata, ut in eis celebrandis totus esset; id enim valere mihi videntur illa Poetae verba Lib. 6. epig. 45.

*Et repetit toties facundo Regulus ore.*

Jam quem tanto honore prosequeretur Regulus, difficile factu videbatur, ut Plinius non improbarer; si non ob aliam causam, saltem ut Regulo contradiceret. Nam ut ipse Plinius Clementi suo scribit Lib. 4. ep. 2. *Certum est, Regulum esse facturum quidquid fieri non oportet.* Unde cum Regulus Martialem tantopere laudaret; ex regula Plinii oportebat, hunc Poetam non laudare. Nihil tamen minus, vel saepe regulae oblitus Plinius, vel illam ut se indignam aspernatus; ea de Martiale scribit, ut ejus unico testimonio contra novos, vel imperitorum, vel invidotum incursum possit Hispanus Poeta esse securus. Hic velim animadvertas, Clementine, Plinium hunc ex Hispana Quintiliani schola fuisse, quae corruptae tum Romae eloquentiae sese opponebat, & auream saeculum revocare studebat, & ex hujus legibus judicabat; unde judicium Plinii vix minoris faciendum est, quam si esset Oratoris, aut Critici aureae aetatis. Id non ignorabat Ludovicus Vives; & ideo cum tot alios eruditos viros aetatis argenteae afferre potuisset; de uno Plinio meminit: uni hujus judicio voluit saeculi XVI. Literatos credere. Neque ex aliis legibus de antiquis Oratoribus, & Poetis judicant hodie prudentes viri, quam ex illis quas

Quin-

Quintilianus Plinio, & aliis auditoribus suis tradebat, quasque in Lib. Institut. 10. scriptas omnibus reliquit. Ipse Tiraboschius Eruditorum saeculi argentei judicium Criticorum saeculi XVI. & sequentium judicio praefere mihi videbatur; nam cum Lucanus, Martialis, Quintilianus Aulum Persium laudassent; Scaligeri vero Julius, & Josephus valde hunc Poetam vituperassent; non dubitavit suum ipse judicium his verbis interponere: *Sed in hoc majorem antiquis quam novis fidem deberi, omnino videtur.* Neque ab hac, cum de Martiale judicet, prudenti opinione recederet; nisi suam Hispaniae corrupticis systema ejus judicium antea corrupisset.

Nec Populus, atque adeo Muliones, & Coeci, quos ad tertiam classem reduximus, aliter ac Principes, atque eruditi viri de Martiale judicabat. Quod eo magis mirum videri debet, quod hic Poeta ita scripsit, ut de populo minus sollicitus fuisse videatur; quod ipse innuit his versibus:

*Scribat carmina circulis Palaemon:*

*Me raris juvat auribus placere.*

Et tamen cum raris, vel ut alibi dicit, *Auribus auribus placere vellet*, omnibus placuit, ut docet nos ipse Lib. 6. epig. 12.

*Laudat, amat, cantat vestros mea Roma libellos,*  
Mc.

*Meque sinus omnes, me manus omnis habet.*  
*Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit;*  
*Hoc volo; nunc nobis carmina nostra placent,*  
 Neque plebs Romana erat ita hebes, & plumbei, & obtusi iudicii; ut in illis, quae ad Oratoriam, & Poeticam pertinerent; facile ab Eruditorum sententia posset recedere. Aderat iisdem foris, & theatri; optima Oratorum, & Poetarum loca plausu, pessima risu ac sibilis excipiebat. Nec ratio est difficilis: sunt hae artes populares; sequuntur in eis Oratores, & Poetae leges a natura desumptas; imo ab ipsa natura dictatas: oportebat igitur ut Populus communi natura careret, ut quid esset vel iuxta, vel contra has leges, non intelligeret. Itaque ubi bene, ubi male Oratores se gessissent, etiam Populus videbat; etsi, ut Cicero docet, rationem iudicii sui reddere non poterat. Idem in iudicando de Poesi eveniebat; neque nunc aliter fere accidit; bona, & ex arte facta Poemata non minus populo, quam Eruditis placere solent; mala & artis expertia non minus populo, quam Eruditis solent displicere. Remper se non valde obscuram exemplo clariorem faciamus. Gallicae Comoediae Princeps Mollerus priusquam suas Comoedias theatro exponeret, eas servae suae legebat; at ipse testatus est, ea loca, quae servae displicuissent, & a  
 thea-

theatro explosa; quae vero arrisissent, cum plausu excepta. Illud quoque oportet animadvertere; Poesim argenteo in saeculo non exiguo in honore Romae habitam; schola, theatra, convivia versibus assidue resonabant; breviter poemata, qualia sunt Martialis, tota Roma concinebat; quo Poeta respexit, quum scriberet: *laudat, amat, cantat* &c. Ita est profecto: ut Principes, & nobiles, & eruditi Romani Martialis libellos in conviviis legere, & celebrare, ita populus illos ubique canere solebat. At non sit verosimile, totam Romam Hispani Poetae libellos assidue canturam, nisi illos intelligeret, & valde illis delectaretur; nec nisi talis fuisset gustus populi, tam sollicitè moneret Martialis librum suum, ne festinaret in illius manus venire, sed multis se antea lituris emendandum permitteret; & tamen ita facit, & ut deterreat, sic illum monet:

*Nimum Marria turba sapit.*

*Majores nusquam ronchi; juvenesque, senesque,*

*Et pueri vasum Rhinocerotis habent.*

Nihil horum Muretum latebat; ideo turbam hanc Marriam non solum in his quae ad Latinae linguae proprietatem, & copiam pertinerent, iis qui in saeculo XVI. familiam ducerent in literis praeferebat. Vide praeter ea, quae in tua epistola adducis, alia quae alibi  
 Mu.

*Meque sinus omnes, me manus omnis habet.*  
*Ecce rubet quidam, pallet, stupet, oscitat, odit,*  
*Hoc volo; nunc nobis carmina nostra placent,*  
 Neque plebs Romana erat ita hebes, & plumbei, & obtusi iudicii; ut in illis, quae ad Oratoriam, & Poeticam pertinerent; facile ab Eruditorum sententia posset recedere. Aderat iisdem foris, & theatris; optima Oratorum, & Poetarum loca plausu, pessima risu ac sibilis excipiebat. Nec ratio est difficilis: sunt haec artes populares; sequuntur in eis Oratores, & Poetae leges a natura desumptas; imo ab ipsa natura dictatas: oportebat igitur ut Populus communi natura careret, ut quid esset vel juxta, vel contra has leges, non intelligeret. Itaque ubi bene, ubi male Oratores se gessissent, etiam Populus videbat; etsi, ut Cicero docet, rationem iudicii sui reddere non poterat. Idem in iudicando de Poesi eveniebat; neque nunc aliter fere accidit; bona, & ex arte facta Poemata non minus populo, quam Eruditis placere solent; mala & artis expertia non minus populo, quam Eruditis solent displicere. Remper se non valde obscuram exemplo clariorem faciamus. Gallicae Comoediae Princeps Moliere priusquam suas Comoedias theatro exponeret, eas servae suae legebat; at ipse testatus est, ea loca, quae servae displicuissent, & a thea-

theatro explosa; quae vero attrisissent, cum plausu excepta. Illud quoque oportet animadvertere; Poesim argenteo in saeculo non exiguo in honore Romae habitam; schola, theatra, convivium versibus assidue resonabant; brevium poemata, qualia sunt Martialis, tota Roma concinebat; quo Poeta respexit, quum scriberet: *laudat, amat, cantat* &c. Ita est profecto: ut Principes, & nobiles, & eruditi Romani Martialis libellos in conviviis legere, & celebrare, ita populus illos ubique canere solebat. At non sit verosimile, totam Romam Hispani Poetae libellos assidue canturam, nisi illos intelligeret, & valde illis delectaretur; nec nisi talis fuisset gustus populi, tam sollicitè moneret Martialis librum suum, ne festinaret in illius manus venire, sed multis se antea lituris emendandum permetteret; & tamen ita facit, & ut deterreat, sic illum monet:

*Nimum Marria turba sapit.*

*Majores nusquam ronchi; juvenesque, senesque,*  
*Et pueri yasum Rhinocerotis habent.*

Nihil horum Muretum latebat; ideo turbam hanc Marriam non solum in his quae ad Latinae linguae proprietatem, & copiam pertinerent, iis qui in saeculo XVI. familiam ducebant in literis praeferebat. Vide praeter ea, quae in tua epistola adducis, alia quae alibi

Mu.

Muretus scribit; praesertim cum Cornelium Tacitum, quem Romanae juventuti explicabat, laudat, & defendit. Perpende omnia diligenter, jam videbis, Muretum cum multis in locis hanc materiam discusserit, si omnes inter se conferantur, fieri perspicuum, non aliam ab ea, quam illi sententiam affixi, tenuisse. Et vero quid absurdi in eo est, quod Muretus iudicet, Romanos illos, etsi e populo, homines tamen Latinos, melius de his rebus, quam illum saeculi XVI. Simiorum populum iudicare. Quid est absurdi in eo, quod quorundam Poetarum, etiam bonorum huius saeculi insolentiam, qui se Poetis aetatis argenteae anteferre vellent, ferre non possent; nec tanti illos, quanti tibi viderentur, faciendos duceret? Non soli Itali saeculi XVI. Poetae melius de se, quam de Romanis aetatis argenteae cogitarunt; Galli etiam saeculi XVII. exeuntis praestantiores se Poetas, quam fuerint Poetae saeculi Augusti, crediderunt. Quin & nonnulli eo progressi sunt, ut dicerent, Gallos sui saeculi quamcumque Provinciam literariam ingressi essent, melius eam, quam Romanos aurei saeculi auctores, excoluisse. At viri prudentiores ridiculum hunc factum compresserunt. Audi Petrum Danielem Huetium, non minorem Mureto Criticum: *Hoc ipso die* (nimirum qua

Hue-

Huetius inter Academicos receptus est) *carmen publice recitavit Maraesius, grave illud quidem, & luculentum, sed infelici argumento; cum Homeri, & Virgilii laudes instituisse obrerere vir nimium amator, & admirator sui; ita futurum sperans, ut qui se supra eos non auderet aperte extollere, his infra se depressis, superior tamen existeret. Qua audacia excitatus deinde Peraltus, iisdemque, atque acrioribus etiam intemperis agitatus, scribere ausus est ad perpetuum nominis sui dedecus, nostram hanc aetatem, quamcumque tractaverit artem, quamcumque attigerit disciplinam, prisca aevi superasse peritiam, gloriamque omnem ingenio quaesitam in se transmovisse. Quam ejus insulsiatam ira compressimus, cum ab eo rogati nostram illi expromeremus sententiam; ut ad meliorem mentem rediisse visus sit. Lib. 5. de reb. ad eum pert. Jam si Huetii de Gallis sui temporis iudicium absurdum non est, sed plenum prudentiae, & aequitatis; cur tale non sit illud Mureti de Italis etiam optimis sui saeculi, si cum bonis aetatis argenteae Poetis comparentur? Qui has comparationes instituunt, non satis attendere mihi videntur, argenteam illam aetatem non in omnibus aetate inferiore fuisse; at qui utriusque Auctores legit, modo non se sinat a pravo aliquo affectu in transversum agi, videt auctores ae-*

L

ta-

tatis argenteae fuisse in aliquibus auctoribus  
aetatis aureae inferiores, in aliquibus pares, in  
aliis vero superiores. Sepone falsa praepudicia,  
& da mihi ex aetate aurea auctorem rei rusticae,  
qui possit cum Hispano Columella comparari. Da  
Geographum aetatis aureae cui tantum Geogra-  
phia Latina debuerit, quantum Hispano Melae. Da  
Rhetorem aureae aetatis, qui in tradendis Rhe-  
torices praecipis, & optimo Oratore instituen-  
do Quintiliano non aturgat. Da Epigramma-  
tarium vere omnium consensu talem, quem  
non longe superet Martialis. Da Moralem Phi-  
losophum, omittis nunc stili deliciis, vel nugis,  
qui Lucio Senecae non concedat. Interea non  
negaverim, in universum auctores aetatis au-  
reae esse praeferos, ab illis praesertim, qui  
juventutem instituunt; monendam etiam incau-  
tam aetatem, ut illis praecipue incumbat, &  
ad illorum stili suam accomodet. Verum ip-  
si juvenes, ubi semel adoleverint, sic ut na-  
re jam possint sine cortice, nolim ut in illa  
aetate aurea se contineant; hos aetatis argen-  
teae auctores nisi legant; multa ad has ipsas  
artes pertinentia necesse est ignorent. Porro qui  
prima illa a Magistris tradita praecipia sic ob-  
servant, ut ab illis ne latum quidem unguem  
sibi fas putent discedere, semper mihi pueri  
videntur.

Haete-

Haetenus quid intra; nunc quid extra ur-  
bem toto Romano Imperio de Martiale judi-  
cetur, videbitur. Quid putas, Clementine?  
Idem plane, quod intra muros Romae. Una  
ex cultioribus Galliae civitatibus erat eo tem-  
pore Vienna, unde Galliae iudicium ex Vien-  
nae iudicio possumus acitmare. En illud:

*Ferrur habere meos, si vera est fama, libellos*

*Inter delicias pulchra Vienna suas.*

*Me legit omnis ibi senior, juvenisque, puerque,*

*Et coram terrico casta puella viro.*

Sequebatur igitur Gallia in iudicando de Hi-  
spano Poeta Romae iudicium. Nihil dico de  
Hispania, quam tu in causa sui Poetae suspi-  
ctam dices. Idem quod Gallia faciebat extra  
orbem posita Britannia;

*Dicitur & nostros cantare Britannia versus.*

lib. 10. ep. 3.

Et ne multus sim in re non dubia, placebat  
Hispanus Poeta toti, quantus erat, Romano or-  
bi, & Imperio:

*Sed toto legar orbe frequens, & dicitur, hic est;*

*Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit,*

lib. 5. ep. 13.

Quem ultimum versum velim attente legas;  
continet enim laudem majorem quam multi pu-  
tant; in eo enim comparat se Martialis cum  
Poetis saeculi aurei, quod haud ita pridem prae-

L 2

cessit-



ætatis argenteae fuisse in aliquibus auctoribus ætatis aureae inferiores, in aliquibus pares, in aliis vero superiores. Sepone falsa præjudicia, & da mihi ex ætate aurea auctorem rei rusticæ, qui possit cum Hispano Columella comparari. Da Geographum ætatis aureae cui tantum Geographia Latina debuerit, quantum Hispano Melæ. Da Rhetorem aureae ætatis, qui in tradendis Rhetorices præceptis, & optimo Oratore instituendo Quintiliano non aturgat. Da Epigrammatarium vere omnium consensu talem, quem non longe superet Marcialis. Da Moralem Philosophum, omittis nunc illi deliciis, vel nugis, qui Lucio Senecæ non concedat. Interea non negaverim, in universum auctores ætatis aureae esse præferendos, ab illis præsertim, qui juventutem instituunt; monendam etiam incautam ætatem, ut illis præcipue incumbat, & ad illorum stilum suam accomodet. Verum ipsi juvenes, ubi semel adoleverint, sic ut nare jam possint sine cortice, nolim ut in illa ætate aurea se contineant; hos ætatis argenteae auctores nisi legant; multa ad has ipsas artes pertinentia necesse est ignorent. Porro qui prima illa a Magistris tradita præcepta sic observant, ut ab illis ne latum quidem unguem sibi fas putent discedere, semper mihi pueri videntur.

Hacte-

Hactenus quid intra; nunc quid extra urbem toto Romano Imperio de Martiale judicaretur, videbitur. Quid putas, Clementine? Idem plane, quod intra muros Romæ. Una ex cultioribus Galliae civitatibus erat eo tempore Vienna, unde Galliae judicium ex Viennæ judicio possumus æstimare. En illud:

*Ferrur habere meos, si vera est fama, libellos*

*Inter delicias pulchra Vienna suas.*

*Me legit omnis ibi senior, juvenisque, puerque,*

*Et coram terrico casta puella viro.*

Sequebatur igitur Gallia in judicando de Hispano Poeta Romæ judicium. Nihil dico de Hispania, quam tu in causa sui Poetæ suspectam diceres. Idem quod Gallia faciebat extra orbem posita Britannia;

*Dicitur & nostros cantare Britannia versus.*

lib. 10. ep. 3.

Et ne multus sim in re non dubia, placebat Hispanus Poeta toti, quantus erat, Romano orbi, & Imperio:

*Sed toto legar orbe frequens, & dicitur, hic est;*

*Quodque cinis paucis, hoc mihi vita dedit,*

lib. 5. ep. 13.

Quem ultimum versum velim attente legas; continet enim laudem majorem quam multi putant; in eo enim comparat se Marcialis cum Poetis sæculi aurei, quod haud ita pridem præ-

L 2

celle-

cefferat, & inter illos paucos fuisse affirmat, qui post mortem eam famam adepti essent, qua vivens ipse fruebatur. Id ipsum jam initio primi epigrammatum libri scripserat:

*Hic est quem legis, ille quem requiris  
Toto notus in orbe Martialis  
Argutis epigrammatum libellis;  
Cui, lector studiose, quod dedisti  
Viventi decus, atque sentienti,  
Rari post cineres habent Poetae.*

Nimirum singulari scriptorum claritate, & praestantia vicerat invidiam, cui semper animus fuit viventium contemtor, mortuorum laudator.

Quod ipse alibi disertissime dixerat:

*Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur,  
Et sua quod rarus tempora lector amat?  
Hi sunt invidiae nimirum, Regule, mores,  
Praeferat antiquos semper ut illa novis.*

Quantus igitur Poeta Martialis hujus aetatis iudicio, qui etiam vivens non solum toto orbe celebratur, sed etiam saeculi aurei Poetis non obscure preponitur. Neque haec ideo minoris facienda sunt, quod a Poeta de se dicantur; nam si res non fuisset omnium consensu probata, nunquam ausus esset tam fidenter loqui: Erant enim Romae satyrici poetae, & in his Juvenalis, Martiali alias non valde amicus; qui si haec ab Hispano Poeta gloriose, non ve-

re

re dicerentur, illum ad unco naso suspenderet. Urbis, & Orbis iudicium confirmat rei ipsius verosimilitudo. Quid enim verosimilius, quam ut poema omnium acutissimum, quale est epigramma, a saeculo omnium acutissimo, quale fuit argenteum, & a Poeta gentis acutissimae, qualis semper habita est Hispana, perficeretur? Libet hic adducere quamdam suspicionem meam, quae mihi semper visa est valde probabilis. Differunt multi eruditi Viri, quae causa esse poterit Martiali, ut cum in Hispania forenses eloquentiam didicisset, & ea de causa Romam transisset, ut operam suam foro dicaret, & tractandis in eo causis, ad famam, & opes grassaretur; sententiam de repente mutaverit, & ad scribenda epigrammata animum applicuerit. Et ita vulgo censent, Poetam in hoc naturae suae velificari voluisse; & cum videret ad eloquentiam fori minus illam accomodatam, maluisse faventibus Musis in poetica, quam invita Minerva in oratoria laborare. Sed cum ad hanc suam opinionem stabilendam, nullum illius aetatis testem proferre possint; cur illis in hoc assentiamur, ratio nulla est. Itaque illorum pace dicam, multo verosimiliorem novi consilii causam mihi videri Romani fori summam hoc tempore corruptionem, & summam Hispani Poetae iudicium.

L 3

cesserat, & inter illos paucos fuisse affirmat, qui post mortem eam famam adepti essent, qua vivens ipse fruebatur. Id ipsum jam initio primi epigrammatum libri scripserat:

*Hic est quem legis, ille quem requiris  
Toto notus in orbe Martialis  
Argutis epigrammarum libellis;  
Cui, lector studiose, quod dedisti  
Viventi decus, atque sentienti,  
Rari post cineres habent Poetae.*

Nimirum singulari scriptorum claritate, & praestantia vicerat invidiam, cui semper animus fuit viventium contemtor, mortuorum laudator. Quod ipse alibi disertissime dixerat:

*Esse quid hoc dicam, vivis quod fama negatur,  
Et sua quod rarus tempora lector amat?  
Hi sunt invidiae nimirum, Regule, mores,  
Praeferat antiquos semper ut illa novis.*

Quantus igitur Poeta Martialis hujus aetatis iudicio, qui etiam vivens non solum toto orbe celebratur, sed etiam saeculi aurei Poetis non obscure preponitur. Neque haec ideo minoris facienda sunt, quod a Poeta de se dicantur; nam si res non fuisset omnium consensu probata, nunquam ausus esset tam fidenter loqui: Erant enim Romae satyrici poetae, & in his Juvenalis, Martiali alias non valde amicus; qui si haec ab Hispano Poeta gloriose, non ve-

re

re dicerentur, illum adunco naso suspenderet.

Urbis, & Orbis iudicium confirmat rei ipsius verosimilitudo. Quid enim verosimilius, quam ut poema omnium acutissimum, quale est epigramma, a saeculo omnium acutissimo, quale fuit argenteum, & a Poeta gentis acutissimae, qualis semper habita est Hispana, perficeretur? Liber hic adducere quamdam suspicionem meam, quae mihi semper visa est valde probabilis. Differunt multi eruditi Viri, quae causa esse potuerit Martiali, ut cum in Hispania forensam eloquentiam didicisset, & ea de causa Romam transiisset, ut operam suam foro dicaret, & tractandis in eo causis, ad famam, & opes grassaretur; sententiam de repente mutaverit, & ad scribenda epigrammata animum applicuerit. Et ita vulgo censent, Poetam in hoc naturae suae velificari voluisse; & cum videret ad eloquentiam fori minus illam accomodatam, maluisse faventibus Musis in poesia, quam invita Minerva in oratoria laborare. Sed cum ad hanc suam opinionem stabilendam, nullum illius aetatis testem proferre possint; cur illis in hoc assentiamur, ratio nulla est. Itaque illorum pace dicam, multo verosimiliorem novi consilii causam mihi videri Romani fori summam hoc tempore corruptionem, & summum Hispani Poetae iudicium.

L 3

cium. Videbat, eloquentiam Romani fori in-  
 pugnissimis argutiis scaterere, nec sine his Oratores  
 Romae placere tunc posse: Quare si Oratorem  
 ageret, alterum sibi necessarium esse intelli-  
 gebat, vel ut causas perderet, si vetere, & Hispa-  
 no more illas vellet tractare; vel eloquen-  
 tiam, si Romano, & novo. Neutrum facere  
 voluit; & ideo foro valedixit, & ad poesum  
 animum transtulit. Sed cum aliis poesos gene-  
 ribus non minus inimicas crebras, & frequen-  
 tes argutias videret; illud genus elegit, in quo  
 argutia praecipua Virtus aestimatur. Hinc,  
 ut mihi quidem videtur, factus ex Oratore  
 Epigrammaticus Martialis. Hanc ipsam me-  
 am suspicionem jam olim his versiculis indica-  
 veram:

*Hispanum si Roma forum tibi, Marce, dedisset;*

*Non epigramma tibi gloria rota foret.*

Quare etiam si essent generaliter vera, quae  
 contra saeculum argenteum differebas; in cau-  
 sa tamen Martialis, in qua de solo epigram-  
 mate agitur, nihil valent. Sic Muretiani Coci,  
 & Muliones nihil defensionis tuae profunt; non  
 magis quam Asini Giralidiani; quorum tu fa-  
 bellam ita improbas, ut tamen illius gloriam  
 nolis Giraldo eripi. In quo male tanti Ferrar-  
 iensis famae consulis. Non vis certe scurrilem  
 hanc fabulam magno Viro abjudicare; nam  
 cum

cum ego dixissem, eam a plerisque hodie Gi-  
 raldo tribui; sic tu meum dictum oppugnabas:  
*Nempe ergo diversa olim fuit opinio? Scilicet  
 alia quaedam separata ad id expediendum quae-  
 sitione opus erat; quam illis equidem libenter re-  
 linquo, qui bonas horas male volent collocare:*  
 Sic tu, Clementine, ut rem certam, si pos-  
 sis, dubiam facias. Sed non potes: Qui enim  
 illam fabellam Auctores referunt, nullam fidem  
 merentur; cum neque eam ipsi a Giraldo po-  
 tuerint audire, neque ullum, a quo illam ac-  
 ceperint, nominent. Atqui ego plurimos, &  
 eruditissimos Ferrarienses super hac re consului,  
 & inter eos clarissimum virum Joannem Andream  
 Barottium; quo viro, in iis maxime, quae ad  
 literariam Ferrariae historiam pertinent; eru-  
 ditiores sciebam esse neminem; & cum alii  
 omnes, tum hic ipse Barottius mihi respondit;  
 tam infalsam scurrilitatem non modo apud nul-  
 lum unquam Auctorem se legisse, sed ne fan-  
 do quidem de ea unquam audivisse. Haec ideo  
 tantum dixi, ut me nihil in mea Epistola te-  
 mere posuisse, intelligeres. Ceteroquin tolle ex  
 ea Muretianos Muliones, tolle Asinos Giralidia-  
 nos; nihilo minus erit in tuto causa Martialis.

*VII. Saeculo XV. ex hujus Poetae maxime  
 libris & gustum in literis, & linguae Latinae  
 delicias renovabant. Adeo ut qui auctores ejus*

cium. Videbat, eloquentiam Romani fori in-  
 piffimis argutiis scaterere, nec sine his Oratores  
 Romae placere tum posse: Quare si Oratorem  
 ageret, alterum sibi necessarium esse intelli-  
 gebat, vel ut causas perderet, si veterem, & Hispa-  
 no more illas vellent tractare; vel eloquen-  
 tiam, si Romano, & novo. Neutrum facere  
 voluit; & ideo foro valedixit, & ad poesium  
 animum transtulit. Sed cum aliis poesios gene-  
 ribus non minus inimicas crebras, & frequen-  
 tes argutias videret; illud genus elegit, in quo  
 argutia praecipua Virtus aestimatur. Hinc,  
 ut mihi quidem videtur, factus ex Oratore  
 Epigrammaticus Martialis. Hanc ipsam me-  
 am suspicionem jam olim his versiculis indica-  
 veram:

*Hispanum si Roma forum tibi, Marce, dedisset;*

*Non epigramma tibi gloria tota foret.*

Quare etiam si essent generaliter vera, quae  
 contra saeculum argenteum differebas; in cau-  
 sa tamen Martialis, in qua de solo epigram-  
 mate agitur, nihil valent. Sic Muretiani Coci,  
 & Muliones nihil defensionis tuae profunt; non  
 magis quam Asini Giralidani; quorum tu fa-  
 bellam ita improbas, ut tamen illius gloriam  
 nolis Giraldo eripi. In quo male tanti Ferra-  
 riensis famae consulis. Non vis certe scurrilem  
 hanc fabulam magno Viro abjudicare; nam  
 cum

cum ego dixissem, eam a plerisque hodie Gi-  
 raldo tribui; sic tu meum dictum oppugnabas?  
*Nempe ergo diversa olim fuit opinio? Scilicet  
 alia quaedam separata ad id expediendum quae-  
 sitione opus erat; quam illis equidem libenter re-  
 linquo; qui bonas horas male volent collocare.*  
 Sic tu; Clementine; ut rem certam, si pos-  
 sis, dubiam facias. Sed non potes. Qui enim  
 illam fabellam Auctores referunt; nullam fidem  
 merentur; cum neque eam ipsi a Giraldo po-  
 tuerint audire, neque ullum, a quo illam ac-  
 ceperint, nominent. Atqui ego plurimos; &  
 eruditissimos Ferrarienses super hac re consului;  
 & inter eos clarissimum virum Joannem Andream  
 Barottium; quo viro; in iis maxime; quae ad  
 literariam Ferrariae historiam pertinent; eru-  
 ditorem sciebam esse neminem; & cum alii  
 omnes; tum hic ipse Barottius mihi respondit;  
 tam insulsam scurrilitatem non modo apud nul-  
 lum unquam Auctorem se legisse, sed ne fan-  
 do quidem de ea unquam audivisse. Haec ideo  
 tantum dixi, ut me nihil in mea Epistola tem-  
 mere posuisse; intelligeres. Ceteroquin tolle ex  
 ea Muretianos Muliones, tolle Asinos Giralidia-  
 nos; nihilo minus erit in tuto causa Martialis.

*VII. Saeculo XV. ex hujus Poetae maxime  
 libris & gustum in literis; & linguae Latinae  
 delicias renovabant. Adeo ut qui auctores ejus*

saeculi attente legerit, facile videat, Latinae linguae, quam hodie quidem habemus, parentem se non unicum, certe praecipuum esse Martialem. Haec ita certa sunt. Clementine, ut non aliam Cl. Tiraboschio causam fuisse arbitretur, ut de toto hoc saeculo, in quo & literae, & gustus in literis renatae sunt, ne verbum quidem fecerit, & ab eo, quod huic successit jucundissimam suam animadversionem ordiri maluerit. Quae igitur ille more suo omiserit, nos nostro referemus. Celeberrima fuit hoc saeculo XV., & ad revocandas in antiquum splendorem literas insignis Romana Academia. Eam instituerat Pomponius Letus ad radices Quirinalis, in ipsa (ut vulgo creditur) Bessarionis domo, quam magnus hic Literatorum Maecenas Platinae, Platina vero Pomponio legaverat. In ea novi renascentis literaturae Proceres, laureis coronis e vicino laureto cincti, literarios suos conventus celebrabant. Adeo Latinae linguae, & Romanae eloquentiae renovandae intenti; ut, ne quid sui saeculi habere viderentur, nomina ipsa, quae ad eam diem habuerant, tamquam barbara deponerent, & nova e media Roma petita, & vere Latina adoptarent. Summis igitur hujus Academiae Viris magno in pretio Martialem fuisse, & ad Romanae linguae renovationem, quam susceperant, valde utilem

vi-

visum, tu non ignoras; & ideo quia non ignoras, velles aliquo modo celebrem hunc locum, in quo Martialis causa triumphat, e manibus mihi extorquere. Itaque ais, *supervacuum tibi videri istam defensionem*. Talis tibi sit, Clementine; mihi tantum abest, ut supervacua videatur, ut nullam hodie putem magis necessariam. Non negas tu, bonum Latinitatis augmentum esse Martialem; sed sunt multi qui negent. At injuria, inquires, negant; fateor id quoque; sed nihilominus erant confutandi. Quae si vero omnia, quae ad laudem hujus Hispani spectant, & tu negas; jure negares: vel quia sine jure negabas, minus ideo mihi essent probanda. Esse autem hodie non paucos, qui laudem bonae Latinitatis Martiali negent, adeo certum est, ut aliquando in eam cogitationem venerim, posse inter eos esse nonnullos, qui sibi persuaserint, satis sibi fore, ut pro vere Latinis hoc quidem in saeculo habeantur, si barbarum Martialem dixerint. Quorum hominum levitatem his versiculis reprimere conabar:

*Si quis barbarus esse se Latinum  
Nostris temporibus velit probare,  
Latinum neget esse Martialem.  
Hoc novo Latii tumens honore,  
Docto gutture ructet archaismos,  
Indoelo vomat ore barbarismos.*

III

*saeculi attente legerit, facile videat, Latinae linguae, quam hodie quidem habemus, parentem se non unicum, certe praecipuum esse Martialem.* Haec ita certa sunt. Clementine, ut non aliam Cl. Tiraboschio causam fuisse arbitrer, ut de toto hoc saeculo, in quo & literae, & gustus in literis renata sunt, ne verbum quidem fecerit, & ab eo, quod huic successit jucundissimam suam animadversionem ordiri maluerit. Quae igitur ille more suo omiserit, nos nostro referemus. Celeberrima fuit hoc saeculo XV., & ad revocandas in antiquum splendorem literas insignis Romana Academia. Eam instituerat Pomponius Letus ad radices Quirinalis, in ipsa (ut vulgo creditur) Bessarionis domo, quam magnus hic Literatorum Maecenas Platinae, Platina vero Pomponio legaverat. In ea novi renascentis literaturae Proceres, laureis coronis e vicino laureto cincti, literarios suos conventus celebrabant. Adeo Latinae linguae, & Romanae eloquentiae renovandae intenti; ut, ne quid sui saeculi habere viderentur, nomina ipsa, quae ad eam diem habuerant, tamquam barbara deponerent, & nova e media Roma petita, & vere Latina adoptarent. Summis igitur hujus Academiae Viris magno in pretio Martialem fuisse, & ad Romanae linguae renovationem, quam susceperant, valde utilem

visum, tu non ignoras; & ideo quia non ignoras, velles aliquo modo celebrem hunc locum, in quo Martialis causa triumphat, e manibus mihi extorquere. Itaque ais, *supervacuum tibi videri istam defensionem.* Talis tibi sit, Clementine; mihi tantum abest, ut supervacua videatur, ut nullam hodie putem magis necessariam. Non negas tu, bonum Latinitatis auctorem esse Martialem; sed sunt multi qui negent. At injuria, inquires, negant; fateor id quoque; sed nihilominus erant confutandi. Quae si vero omnia, quae ad laudem hujus Hispani spectant, & tu negas; jure negares: vel quia sine jure negabas, minus ideo mihi essent probanda. Esse autem hodie non paucos, qui laudem bonae Latinitatis Martiali negent, adeo certum est, ut aliquando in eam cogitationem venerim, posse inter eos esse nonnullos, qui sibi persuaserint, satis sibi fore, ut pro vere Latinis hoc quidem in saeculo habeantur, si barbarum Martialem dixerint. Quorum hominum levitatem his versiculis reprimere conabar:

*Si quis barbarus esse se Latinum  
Nostris temporibus velit probare,  
Latinum neget esse Martialem.  
Hoc novo Latii iumens honore,  
Docto gutture ruet archaismos,  
Indocto vomat ore barbarismos.*

*Illi non oberunt neque hi, neque isti;  
Dum supercilio Catoniano  
Latinum neget esse Martialem:*

Imo cum hanc Latinae puritatis laudem tanti a nonnullis hac aetate fieri viderem, ut uni illi vacarent, reliquas vero, & multo praestantiores orationis sive numeris vinculae, sive solutae virtutes negligerent, & pro nihilo haberent; hanc quoque novam literariam haeresim nascentem opprimere conatus sum, & in novos hos Puritanos scripsi:

*De nova literarum secta, quae unius puritatis sollicita, precipuas Orationis virtutes non curat:*

*Rogas me, ut tibi dicam, amice Furni;  
Quo tu nomine nuncupare possis  
Hujus sectae homines modo excreatae  
Linguae in perniciem, eloquentiaeque;  
Macroque, aridulosque, marcidosque;  
Enerves, sine sanguine, & vigore;  
Nullis literulisque literatos:  
Hos tu dicere jure Puritanos  
Possis, nec vereare barbarismum:  
Non enim melius queas notare  
Sectam ridiculamque, futilemque;  
Minervae scabiem meram Latinae;  
Bonarum maciem meram Dearum;  
Et sectae gracilis novos Magistros;*

*Quam*

*Quam si dixeris esse Puritanos.  
Una hac laude sibi satis beati,  
Laudatique satis sibi videntur,  
Si dicantur amare puritatem.  
Haec illis Phrygiae deae est ad instar;  
Huic uni, ut placeant, vel evirentur.  
Et tunc se esse Viros, probasse credant.  
Sed quis esse Viros eos putabit?  
Non nos: credimus esse Puritanos,  
Non nos: Dicimus esse Puritanos,  
Sectam ridiculamque futilemque,  
Minervae scabiem meram Latinae;  
Bonarum maciem meram Dearum.  
Hos quidam nimia severitate  
Puros Grammaticos solent vocare;  
Et quod durius est, minusque bellum,  
Hos puros asinos solent vocare.  
Nobis hoc nimis asperum videtur;  
Sic, quod est leviusque, veriusque,  
Illos credimus esse Puritanos;  
Illos dicimus esse Puritanos.*

Sive igitur necessaria ista sit, ut mihi videatur, Martialis defensio; sive ut tibi videatur, supervacua; permittes mihi, Clementine, ut Hispanum Poetam multum ad Latinae linguae renovationem contulisse dicam; & ex ejus maxime libris & guttum in literis, & linguae delicias a clarissimis his Pomponianae

Aca-



*Illi non oberunt neque hi, neque isti;*

*Dum supercilio Catoniano*

*Latinum neget esse Martialem:*

Imo cum hanc Latinae puritatis laudem tanti a nonnullis hac aetate fieri viderem, ut uni illi vacarent, reliquas vero, & multo praestantiores orationis sive numeris vinctae, sive solutae virtutes negligerent; & pro nihilo haberent; hanc quoque novam literariam haeresim nascentem opprimere conatus sum, & in novos hos Puritanos scripsi:

*De nova literarum secta, quae unius puritatis sollicita, precipuas Orationis virtutes non curat:*

*Rogas me, ut tibi dicam, amice Furni;*

*Quo tu nomine nuncupare possis*

*Hujus sectae homines modo excreatae*

*Linguae in perniciem, eloquentiaeque;*

*Macroscque, aridulosque, marcidosque;*

*Enervos, sine sanguine, & vigore;*

*Nullis literulisque literatos:*

*Hos tu dicere jure Puritanos*

*Possis, nec vereare barbarissimum:*

*Non enim melius queas notare*

*Sectam ridiculamque, futilemque;*

*Minervae scabiem meram Latinae;*

*Bonarum maciem meram Dearum;*

*Et sectae gracilis novos Magistros,*

*Quam*

*Quam si dixeris esse Puritanos.*

*Una hac laude sibi satis beari,*

*Laudatique satis sibi videntur,*

*Si dicantur amare puritatem.*

*Haec illis Phrygiae deae est ad instar;*

*Huic uni, ut placeant, vel evirentur.*

*Et tunc se esse Viros, probasse credant.*

*Sed quis esse Viros eos putabit?*

*Non nos: credimus esse Puritanos,*

*Non nos: Dicimus esse Puritanos,*

*Sectam ridiculamque futilemque,*

*Minervae scabiem meram Latinae;*

*Bonarum maciem meram Dearum.*

*Hos quidam nimia severitate*

*Puros Grammaticos solent vocare;*

*Et quod durius est, minusque bellum,*

*Hos puros asinos solent vocare.*

*Nobis hoc nimis asperum videtur;*

*Sic, quod est leviusque, veriusque,*

*Illos credimus esse Puritanos;*

*Illos dicimus esse Puritanos.*

Sive igitur necessaria ista sit, ut mihi videatur, Martialis defensio; sive ut tibi videatur, supervacua; permittes mihi, Clementine, ut Hispanum Poetam multum ad Latinae linguae renovationem contulisse dicam; & ex ejus maxime libris & guttum in literis, & linguae delicias a clarissimis his Pomponianae

Aca-

Academiae Viris fuisse renovata. Et quoniam Nicolaus Perottus, Antistes Sipontinus primas in hac linguae renovatione partes egit, ab illo incipiam. Erat Sipontinus non levi quadam, ut nunc fit, literatura, tanquam Cyprio pulvere aspersus, sed omni eruditione alte imbutus, & ut ita dicam, perplutus. Certè eum appellat Vossius virum Graecis, Latinisque literis pereruditum. Ac de peritia Latinae linguae, quae ad hanc rem maxime facit, satis constat vel ex solo Polybio, quem Latinum e Graeco fecit; tanta enim stili simplicitas, tam incorrupta sermonis elegantia in hac versione elucet; ut totam Literatorum nationem, non tantum in admirationem sui, sed & plerosque in invidiam adduxerit. Hinc sparsi rumores, elegantissimam Polybii versionem non Perotti opus esse, sed illam, nescio ubi, a se inventam, eum pro sua venditasse. Nunc autem tanta est illius apud nonnullos Eruditos fama, ut etiam aureolas illas, quae sub Phaedri nomine circumferuntur, fabulas Perotto, tanquam legitimo earum Auctori, & Parenti, tribuant. Hic igitur Perottus, ut linguae Latinae pomperia, eo quidem tempore satis angusta, extenderet; cum bene multos ad manum haberet Latinos Auctores, qui & prossa Oratione, & versa optime scripserunt, atque adeo  
uti-

utiles ad eam rem, quam aggrediebatur, esse possent; nullum Martiali, Martialem omnibus anteposuit. Ita est profecto, Clementine; praeposuit Sipontinus Tibullo, Propertio, Catullotuo, atque aliis Italis Martialem. Et ideo quia illum his omnibus praeposuit, cum Commentaria in universam linguam Latinam meditaretur, eaque vellet alicujus insignis Auctoris textu quasi inniti, & fundari; Poetam hunc Hispanum elegit, & celeberrimos in eum Commentarios aggressus est, quos *Cornupiae Latinae linguae* titulo inscripsit. Erant jam ante & Graeci Auctores hoc ipso Cornucopiae titulo in non dissimilibus operibus usi, ut est apud Aulum Gellium; verum nescio, an ullus eorum tanto jure, quanto Perottus. Ea enim Latinitatis copia, eae divitiae, ea omnigenae eruditionis abundantia, is in eo opere sermonis nitor, in quantum patitur immensa ejus amplitudo; ut vix alio, quam Cornucopiae nomine explicari potuerit. Sane plena laudis judicia eruditissimi Viri omni aevo de immortali hoc opere ediderunt. Ludovicus Vives sic de Cornucopiae praestantia, & utilitate censebat, ut sine ea Polylogi Viri bibliothecam perfectam fore negaret. Morhoffius vero in Polyhistore literario lib. 4. e. 9. Sipontinum ratione hujus operis cum Lexicographis, qui praecesserant, quique sequuti post sint, ita  
com-

comparat, ut prae illo primi illi lutulenti, & barbari; secundi vero meri interim ejus descriptores, & pene plagiarii videantur. Ejus verba sunt; *Non poterant non lutulenti esse Lexicographi, qui e luto barbarici saeculorum superiorum vix tandem conspurcati misere emerferunt Papias, Nestor Dionysius &c. Nebulas horum hominum dissipavit Nicolaus Perottus, cujus praeclarum opus Cornucopiae, seu Commentariorum Latinae linguae volumen, quod idem Commentarius in Martialem est, omnem Latini sermonis elegantiam, & rationem nisi eximio complectitur; tum quae apud Martialem occurrit; tum quae ad Martialem ex aliis ab ipso afferuntur; ipse interim Calepinus merus Perotti descriptor est; quae propter passim censuris Scioppii, & Francisci Floridi vexatur.* Vera autem loqui Germanum hunc, cujus tu barbariem exaggeras, sic ut prae illo Papias, Nestor, & Dionysius Latini videri possint, ipse non semel expertus sum; saepe enim multa Ambrosii Calepini loca cum iisdem Nicolai Perotti locis contuli, & ita similia inveni, ut ne ovum quidem ovo similis. Credas mihi, Clementine, quod Germanus dicebat, merus Perotti descriptor est saepissime Calepinus. Verum quae laus Martialis, inquis, ex eo quod ejus dictiones, & verba in Sipontini commentarios, seu Latinae linguae Cornucopiam rela-

ta fuerint? Ex hoc enim, ut ipse ais, non solum non colligitur, bonum poetam fuisse Martialem, verum nec scriptorem quidem elegantem. In quo quidem propemodum vera dicis, Clementine. Ex hoc, inquam, solo quod in Commentarios Sipontini verba Martialis relata fuerint, non bene colligitur, bonum fuisse poetam; sed neque sine eo commode probari poterat, bonum eum fuisse poetam, & elegantem; quod utrumque mihi probandum erat. Nam qui fieri potest, ut bene poetice scribat, qui ne Latine scit scribere. Quomodo eleganter eum loqui probarem, quem emendate loqui non probassem. Quod ergo a peritissimis, & optimis Grammaticis, a Sipontino praesertim tanti fuerit habitus Martialis ad excitandam linguam Latinam; ex hoc ego unice deducebam, bonum Latinitatis Auctorem Martialem fuisse; ut hinc alia, quae majoris laudis sunt, & mihi erant probanda, ita probarem; ut nulla ex parte, ne ex Latinitate quidem, quam aliqui volunt impuram, probationes meae possent infirmari. Constat igitur, Clementine, neque id tu ratione ulla potes negare, ita Sipontini diligentia Latinam linguam esse renovatam, ut Marci Valerii Martialis Libri maxime ad hanc renovationem contulerint. At tu, dum hanc laudem, quam ma-

comparat, ut prae illo primi illi lutulenti, & barbari; secundi vero meri interim ejus descriptores, & pene plagiarii videantur. Ejus verba sunt; *Non poterant non lutulenti esse Lexicographi, qui e luto barbariei saeculorum superiorum vix tandem conspurcati misere emerferunt Papias, Nestor Dionysius &c. Nebulas horum hominum dissipavit Nicolaus Perottus, cujus praeclarum opus Cornucopiae, seu Commentariorum Latinae linguae volumen, quod idem Commentarius in Martialem est, omnem Latini sermonis elegantiam, & rationem nisi eximio complectitur; tum quae apud Martialem occurrit; tum quae ad Martialem ex aliis ab ipso afferuntur; ipse interim Calepinus merus Perotti descriptor est; quae propter passim censuris Scioppii, & Francisci Floridi vexatur.* Vera autem loqui Germanum hunc, cujus tu barbariem exaggeras, sic ut prae illo Papias, Nestor, & Dionysius Latini videri possint, ipse non semel expertus sum; saepe enim multa Ambrosii Calepini loca cum iisdem Nicolai Perotti locis contuli, & ita similia inveni, ut ne ovum quidem ovo similius. Credas mihi, Clementine, quod Germanus dicebat, merus Perotti descriptor est saepissime Calepinus. Verum quae laus Martialis, inquis, ex eo quod ejus dictiones, & verba in Sipontini commentarios, seu Latinae linguae Cornucopiam rela-

ta fuerint? Ex hoc enim, ut ipse ais, non solum non colligitur, bonum poetam fuisse Martialem, verum nec scriptorem quidem elegantem. In quo quidem propemodum vera dicis, Clementine. Ex hoc, inquam, solo quod in Commentarios Sipontini verba Martialis relata fuerint, non bene colligitur, bonum fuisse poetam; sed neque sine eo commode probari poterat, bonum eum fuisse poetam, & elegantem; quod utrumque mihi probandum erat. Nam qui fieri potest, ut bene poetice scribat, qui ne Latine scit scribere. Quomodo eleganter eum loqui probarem, quem emendate loqui non probassem. Quod ergo a peritissimis, & optimis Grammaticis, a Sipontino praesertim tanti fuerit habitus Martialis ad excitandam linguam Latinam; ex hoc ego unice deducebam, bonum Latinitatis Auctorem Martialem fuisse; ut hinc alia, quae majoris laudis sunt, & mihi erant probanda, ita probarem; ut nulla ex parte, ne ex Latinitate quidem, quam aliqui volunt impuram, probationes meae possent infirmari. Constat igitur, Clementine, neque id tu ratione ulla potes negare, ita Sipontini diligentia Latinam linguam esse renovatam, ut Marci Valerii Martialis Libri maxime ad hanc renovationem contulerint. At tu, dum hanc laudem, quam magna

gnam esse intelligis, & ideo eam Martiali invidis, & singulari ingenio, & arte conaris auferre, quid ad haec dicis? Nimirum non totum Martialem expositum fuisse a Sipontino, ut linguam Latinam renovaret, sed paucos tantum Libros. Sed in hoc laboris, Clementine, & contrarium a nepote Nicolai Pyrrho Perotto discere potuisti; qui in praetatione ad patrum Cornucopiam, ita scribit: *Ita hunc Poetam exposuit, ut nullum verbum reliquerit intactum, visusque plane fuerit, non unum poetam, sed universam linguam Latinam velle interpretari.* Quod autem nunc Cornucopia Nicolai Perotti non totum Martialem complecti videatur, ideo est, quia Nicolai nepos Pyrrhus patri commentarios in eam, qua nunc sunt, formam digessit. Sed nihil ex hoc de Martialis laude deperit. Nam etsi non omnia hujus Poetae verba, quae Nicolaus Perottus, tamquam textum, in Cornucopia exposuerat, nunc in hujus textu reperiantur; in toto tamen Cornucopiae corpore nullum puto desiderari, sed textus vel explicandi, vel exornandi causa, una cum aliorum auctorum verbis afferri. Quod, si aliqua omittantur, non ea Nicolai, sed Pyrrhi culpa est. Unde, ut vides, vere a me dictum est, Latinae, quam nunc quidem habemus, linguae parentem, si non unicum, certe praecipuum esse

Mar-

Martialem. Quod ipse Perottus mihi videretur innuere, cum eo Cornucopiae loco, quo vocabulum *Martialis* explicat, haec scribit: *Martialis quoque a Marte deducitur, & modo natum sub Martis stella significat, modo viri cognomen est, ob id praecipue felix, quod ab hoc, quem interpretamur, Poeta illustratum est; cujus causa fit, fierique in dies Latina lingua locupletior.* Jam si Martialis causa Latina lingua locupletatur, & in dies magis locupletabitur; quid causae esse potest, ut illi si non unicum, certe praecipuum Parentis honorem invidetis. Nec privata haec Perotti sententia fuit, sed illi cum eruditis saeculi sui Viris communis; qui, cum nepotem ejus Pyrrhum ad edendum nobile Cornucopiae opus hortarentur, inter alias, easque non leves causas, hanc afferebant: *neminem non modo ex poetis, sed ex omnibus Latinae linguae auctoribus eligi potuisse, in quo tanta esset & vocabulorum, & sententiarum, & rerum copia, tanta ubertas, tanta varietas.* Non igitur Fortunae, ut tu volebas, agenda sunt gratiae, quod ex opere Martialis nata sit Cornucopia, & Latina lingua renata. Nullam hic partem casus habuit, totum hoc opus, quantumcumque est, quod certe est maximum, consilii fuit. Amico credas, Clementine; nec si omnes Epicurei tibi suppetias ferant, viam ullam invenies, qua in hanc re-

M

na-

gnam esse intelligis, & ideo eam Martiali invidis, & singulari ingenio, & arte conaris auferre, quid ad haec dicis? Nimirum non totum Martialem expositum fuisse a Sipontino, ut linguam Latinam renovaret, sed paucos tantum Libros. Sed in hoc laberis, Clementine, & contrarium a nepote Nicolai Pyrrho Perotto discere potuisti; qui in praetatione ad patrui Cornucopiam, ita scribit: *Ita hunc Poetam exposuit, ut nullum verbum reliquerit intactum, visusque plane fuerit, non unum poetam, sed universam linguam Latinam velle interpretari.* Quod autem nunc Cornucopia Nicolai Perotti non totum Martialem complecti videatur, ideo est, quia Nicolai nepos Pyrrhus patrui commentarios in eam, qua nunc sunt, formam digessit. Sed nihil ex hoc de Martialis laude deperit. Nam etsi non omnia hujus Poetae verba, quae Nicolaus Perottus, tamquam textum, in Cornucopia exposuerat, nunc in hujus textu reperiantur; in toto tamen Cornucopiae corpore nullum puto desiderari, sed textus vel explicandi, vel exornandi causa, una cum aliorum auctorum verbis afferri. Quod, si aliqua omittantur, non ea Nicolai, sed Pyrrhi culpa est. Unde, ut vides, vere a me dictum est, Latinae, quam nunc quidem habemus, linguae parentem, si non unicum, certe praecipuum esse

Mar-

Martialem. Quod ipse Perottus mihi videret innuere, cum eo Cornucopiae loco, quo vocabulum *Martialis* explicat, haec scribit: *Martialis quoque a Marte deducitur, & modo narum sub Martis stella significat, modo viri cognomen est, ob id praecipue felix, quod ab hoc, quem interpretamur, Poeta illustratum est; cuius causa fit, fierique in dies Latina lingua locupletior.* Jam si Martialis causa Latina lingua locupletatur, & in dies magis locupletabitur; quid causae esse potest, ut illi, si non unici, certe praecipui Parentis honorem inuideatis. Nec privata haec Perotti sententia fuit, sed illi cum eruditae saeculi sui Viriis communis; qui, cum nepotem ejus Pyrrhum ad edendum nobile Cornucopiae opus hortarentur, inter alias, easque non leves causas, hanc afferebant: *neminem non modo ex poetis, sed ex omnibus Latinae linguae auctoribus eligi potuisse, in quo tanta esset & vocabulorum, & sententiarum, & rerum copia, tanta ubertas, tanta varietas.* Non igitur Fortunae, ut tu volebas, agenda sunt gratiae, quod ex opere Martialis nata sit Cornucopia, & Latina lingua renata. Nullam hic partem casus habuit, totum hoc opus, quantumcumque est, quod certe est maximum, consilii fuit. Amico credas, Clementine; nec si omnes Epicurei tibi suppetias ferant, viam ullam invenies, qua in hanc re-

M

na-

natae Latinitatis provinciam casum introducas. Nec tu id non videbas, cum hoc quoque praeoccupare, & utcumque rem perspicuam obscurare, more tuo, voluisti. Nam si non casu id factum esset, imprudenter factum dicebas; eo quod tot optimi Latinitatis auctores essent praetermissi a Perotto, & hic Hispanus tanto illis deterior omnibus antelatus. At vide, ne tu paulo imprudentius agere videare; non enim utiliores erant auctores ad hoc operis genus, qui elegantiores essent; sed qui, cum essent bene Latini, erant simul eruditiores, magis varii, & copiosiores. Talis erat Martialis, in quo mira rerum, & vocabulorum varietas, copia, ubertas. Finge tibi, ad hoc Cornucopiae opus elegisse Perottum libros Tibulli, Propertii, Catulli: tunc certe imprudentissime egisset; ut enim tres hi elegantissimi auctores in nonnullis Martiali jure praeferantur; in hoc, quod attinet ad ubertatem, copiam, & varietatem vocabulorum, quibus indigebat Romanae linguae renovator Perottus, non sunt cum eo comparandi. At, inquis, & Tibullus, & Propertius, & Catullus, & alii Poetae. Enarratores suos hoc saeculo non minus quam Martialis habuerunt. Certe. At vide, ne hoc ipsum pro Martiale faciat. Nam cur Enarratorum illorum, quos tu narras, nullus Cornu-

copiae Latinae linguae nomen Enarrationibus illis sive Tibullianis, sive Propertianis, sive Catullianis; ausus est imponere, quod Perottus expositioni Martialis imposuit; nisi quia apud tres illos elegantissimos Poetas non tanta erat vocum, & dictionum copia, ut tantum, & tam illustre nomen posset commode sustinere? Jam quod non solius Martialis vocabula in Cornucopia sua Sipontinus afferat, sed & Plauti, & Terentii, & Tullii, & aliorum; laudem Hispani Poetae non imminuit, imo illam valde auget, & extollit; tantorum enim auctorum verba ad Martialem suum melius declarandum, & explicandum adducit. Ingens certe Hispani laus, ut illius dictiones, tamquam textum Latinae linguae Sipontinus posuerit; mox ad hunc ipsum textum dilucidandum reliquis Latinitatis auctoribus uti voluerit. Neque majoris momenti est, quod libros Martialis non necessarium ad renovandam Latinitatem instrumentum esse dicis. Nam putas, ad hunc finem necessarios vel Catulli, vel Tibulli, vel Propertii libros fuisse? Nugae. Ne Virgilii quidem, aut Ciceronis libri ad hanc rem erant necessarii. Sed non, si necessitas non fuit, ut ex Martialis libris Latinitas renovaretur; continuo sequi putes, ut casus fuerit: multa enim nulla necessitate fiunt, quin ideo ca-

natae Latinitatis provinciam casum introducas. Nec tu id non videbas, cum hoc quoque praeoccupare, & utcumque rem perspicuam obscurare, more tuo, voluisti. Nam si non casu id factum esset, imprudenter factum dicebas; eo quod tot optimi Latinitatis auctores essent praetermissi a Perotto, & hic Hispanus tanto illis deterior omnibus antelatus. At vide, ne tu paulo imprudentius agere videare; non enim utiliores erant auctores ad hoc operis genus, qui elegantiores essent; sed qui, cum essent bene Latini, erant simul eruditiores, magis varii, & copiosiores. Talis erat Martialis, in quo mira rerum, & vocabulorum varietas, copia, ubertas. Finge tibi, ad hoc Cornucopiae opus elegisse Perottum libros Tibulli, Propertii, Catulli: tunc certe imprudentissime egisset; ut enim tres hi elegantissimi auctores in nonnullis Martiali jure praeferrantur; in hoc, quod attinet ad ubertatem, copiam, & varietatem vocabulorum, quibus indigebat Romanae linguae renovator Perottus, non sunt cum eo comparandi. At, inquis, & Tibullus, & Propertius, & Catullus, & alii Poetae. Enarratores suos hoc saeculo non minus quam Martialis habuerunt. Certe. At vide, ne hoc ipsum pro Martiale faciat. Nam cur Enarratorum illorum, quos tu narras, nullus Cornu-

copiae Latinae linguae nomen Enarrationibus illis sive Tibullianis, sive Propertianis, sive Catullianis; ausus est imponere, quod Perottus expositioni Martialis imposuit; nisi quia apud tres illos elegantissimos Poetas non tanta erat vocum, & dictionum copia, ut tantum, & tam illustre nomen posset commode sustinere? Jam quod non solius Martialis vocabula in Cornucopia sua Sipontinus afferat, sed & Plauti, & Terentii, & Tullii, & aliorum; laudem Hispani Poetae non imminuit, imo illam valde auget, & extollit; tantorum enim auctorum verba ad Martialem suum melius declarandum, & explicandum adducit. Ingens certe Hispani laus, ut illius dictiones, tamquam textum Latinae linguae Sipontinus posuerit; mox ad hunc ipsum textum dilucidandum reliquis Latinitatis auctoribus uti voluerit. Neque majoris momenti est, quod libros Martialis non necessarium ad renovandam Latinitatem instrumentum effedicis. Num putas, ad hunc finem necessarios vel Catulli, vel Tibulli, vel Propertii libros fuisse? Nugae. Ne Virgilii quidem, aut Ciceronis libri ad hanc rem erant necessarii. Sed non, si necessitas non fuit, ut ex Martialis libris Latinitas renovaretur; continuo sequi putes, ut casus fuerit: multa enim nulla necessitate fiunt, quin ideo ca-



su fieri dici possint. Est inter necessitatem, & casum medium aliquid, nempe consilium: sic etsi linguam Latinam ex Martialis praecipue libris reduci necessitatis non fuerit, fuit magni certe, & prudentissimi consilii. Male tu igitur, tamquam ad machinam, ad casum recurris, quae Hispanorum laudes non potes alia via commodiore imminuere. Servantur Marci Senecae controversiae, tot aliis libris deperditis; non praecipua earum utilitas, & summum, quo scriptae sunt, iudicium, sed casus eas servavit. Ocurrit in Marci Valerii Martialis libris tanta omnimodae eruditionis copia, quantam in nullo Latinorum poetarum invenias; casus miram eam eruditionem, non ingenium, & indultria, ut vulgo credebatur, Hispano Poetae obtulit: sumit occasionem Perottus ex libris ejusdem Martialis ad revocandam, quae pene interierat, & in sua Cornucopia Latinam linguam servandam, & illustrandam, sic ut aliis auctoribus praetermissis, unum Martialem eligat; casus quoque causa hujus honorificae antelationis fuit. Donec hanc quasi poeticam machinam casus ad manum habeas, Clementine, frustra me video in hac causa laborare; nam etiamsi eas rationes attulero, quae principatum epigrammatis Martiali deberi evidentem ostendant, tu ad machinam tuam confugies, & si

non

non aliud, illud certe dices, epigrammatarium principatum casum Martiali detulisse.

Haec quidem sufficiant quoad eam meae defensionis partem, quae ad Hispani Latinitatem spectabat; quamque tu, cum supervacuum esse dixisses, tam operose infirmare conatus es, ut ostenderis necessariam. Nunc de alia, in qua gustum in literis ex Martialis praecipue Libris hoc saeculo renovatum exaravi, pauca dicam. Sed cum de gustu loquor, nolim ut mea verba nimis generaliter accipias, sic ut ad omnem literarium gustum ea extendas: de epigrammatario loquor, qui unice ad nostram causam facere videtur. In hoc quidem cum alii hujus saeculi clarissimi Viri, tum Perottus ipse feliciter laboravit. Instituebat hic Romanam Juventutem, & totus in eo erat, ut gustum, quem barbari jam inde a multis annis in Italiam introduxerant, expelleret; Romanum, quem iidem barbari expulerant, reduceret; donec saeculi sui Roma antiquam illam imitando referret. Ad hoc quidem, ut nemo non videt, poterat ille vel Veronensem Catullum, vel Bibilitanum Martialem discipulis suis tradere, & explicare; nam sive hujus, sive illius similes evaderent; non ideo minus Romanus epigrammatis gustus in illis renasceretur. Utrum igitur ex his duobus Poetis elegit? Certe non Catullum, sed Mar-

M 3

tia-

su fieri dici possint. Est inter necessitatem, & casum medium aliquid, nempe consilium: sic etsi linguam Latinam ex Martialis praecipue libris reduci necessitatis non fuerit, fuit magni certe, & prudentissimi consilii. Male tu igitur, tamquam ad machinam, ad casum recurris, quae res Hispanorum laudes non potes alia via commodiore imminuere. Servantur Marci Senecae controversiae, tot aliis libris deperditis; non praecipua earum utilitas, & summum, quo scriptae sunt, iudicium, sed casus eas servavit. Ocurrit in Marci Valerii Martialis libris tanta omnimodae eruditionis copia, quantam in nullo Latinorum poetarum invenias; casus miram eam eruditionem, non ingenium, & indutria, ut vulgo credebatur, Hispano Poetae obtulit: sumit occasionem Perottus ex libris ejusdem Martialis ad revocandam, quae pene interierat, & in sua Cornucopia Latinam linguam servandam, & illustrandam, sic ut aliis auctoribus praetermissis, unum Martialem eligat; casus quoque causa hujus honorificae antelationis fuit. Donec hanc quasi poeticam machinam casus ad manum habeas, Clementine; frustra me video in hac causa laborare; nam etiamsi eas rationes attulero, quae principatum epigrammatis Martiali deberi evidenter ostendant, tu ad machinam tuam confugies, & si  
non

non aliud, illud certe dices, epigrammatarium principatum casum Martiali derulisse.

Haec quidem sufficiant quoad eam meae defensionis partem, quae ad Hispani Latinitatem spectabat; quamque tu, cum supervacua esse dixisses, tam operose infirmare conatus es, ut ostenderis necessariam. Nunc de alia, in qua gustum in literis ex Martialis praecipue Libris hoc saeculo renovatum exaravi, pauca dicam. Sed cum de gustu loquor, nolim ut mea verba nimis generaliter accipias, sic ut ad omnem literarium gustum ea extendas: de epigrammatario loquor, qui unice ad nostram causam facere viderur. In hoc quidem cum alii hujus saeculi clarissimi Viri, tum Perottus ipse feliciter laboravit. Instituebat hic Romanam Juventutem, & totus in eo erat, ut gustum, quem barbari jam inde a multis annis in Italiam introduxerant, expelleret; Romanum, quem iidem barbari expulerant, reduceret; donec saeculi sui Roma antiquam illam imitando referret. Ad hoc quidem, ut nemo non videt, poterat ille vel Veronensem Catullum, vel Bilbilitanum Martialem discipulis suis tradere, & explicare; nam sive hujus, sive illius similes evaderent; non ideo minus Romanus epigrammatis gustus in illis renascetur. Utrum igitur ex his duobus Poetis elegit? Certe non Catullum, sed Mar-

tialem. Neque id casui illi, Hispanicae gloriae, tutelari potes tribuere; nam etsi uterque Poeta ad hanc rem erat valde idoneus, Sipontini tamen iudicio, longe erat utilior Martialis. Hunc ille Poeta habebat: eximium, hunc perfectum epigrammatis artificem, hunc operis sui Principem existimabat. Nec de Catullo unquam, puto, dixisset, quod de Martiale, cum ejus vitam scriberet, dicere non dubitavit: *Excessit facundia, acumine, copia, suavitate, salibus omnes, qui ante, & post eum carmina scripserunt.* Expende, quaeso, singula, Clementine, & simul revoca in memoriam illa Tiraboschianae animadversionis verba: *At sano renascente gustu, iterum Martialis cecidit: & vero ego arbitror futurum, ut nostrae aetatis Poeta, si cum hoc auctore deprehenderetur, erubesceret.* Porro saeculo XV. cum Romae, omnium iudicio, sanus in literis gustus renascebatur, nemo cum hoc Hispano Poeta deprehensus erubesceret; & cur erubesceret, si cum eo Poeta deprehenderetur, qui excessisset facundia, acumine, copia, suavitate, salibus omnes qui ante, & post eum carmina scripserunt? Quod si nunc, quod ego, ut Italiae honori consulam, non credo, fecus faciunt; & deprehensi cum Martiale Poetae erubescunt; vide, ne verum sit, quod multi suspicantur, sanum gustum nostro hoc in sae-

saeculo non renasci, sed interire. Neque satis est, ut haec minus firma, quam sunt, esse videantur, si dicas, quod in tua epistola mihi dicere videbare; nescire te, an qui Martialem non solum Catullo, sed & Graecis & Latinis omnibus epigrammatariis anteponat, homo sit. Nam etiamsi tu id nescias, non ideo minus homo erit, & magnus quidem, & singularis homo Sipontinus. Quem tamen Tiraboschius, ne illius gloriam cum Martialis laude committeret, ingrato silentio involvit. Fuit certe praeclarus vir Antistes Sipontinus, & cum in his amoenioribus literis, tum in omni eruditione, & literatura singularis; & ob hanc praecipue causam magno Bessarioni, & multis Romanis Pontificibus in primis charus. Sed nihil magis qualis, quantusque vir hic fuerit, & quanti in hac quidem causa faciendum sit ejus iudicium, videretur ostendere, quam ea opinio, quae hodie inter quosdam eruditos Viros invaluit, fabulas nimirum, quae Phaedro Augusti Liberto vulgo tribuuntur, hujus esse Perotti. Sed ut videas, quam sincere agam, etiamsi nova haec opinio multum causam meam adjuvaret, non illa tamen abutar, imo illam refellam, & ad fabulas amandabo. Dico aperte: non Itali Poetae fabellae illae elegantissimae, & vere aureolae sunt, sed Thracis. Quare ita sentiam, quo-

quoniam hanc rem non ingratham fore tibi spero, breviter hic edisseram. Et quidem Siphontinum Antistitem Phaedri fabulas sibi arrogare voluisse, ex Cornucopiae pag. 142. liquido apparet; ubi relata totidem verbis fabella libri tertii Phaedri 17., cui titulus; *arbores in Deorum tutela*, eam a se scriptam narrat, & ad illas, quas ex Aviano adolescens transtulerat, adjunctam. Quamobrem, *Petrus Scriverius, in annotationibus ad Martialem, eo inclinare videtur, ut arbitretur, has omnes fabulas esse Perorri adscribendas, ipsumque adeo Phaedrum auctorem esse suppositivum; malum vero Perorri dolum, ac subleſtam fidem merito insectatur, & Phaedro suppetias venit Gaspar Barshius Lib. 36. Adverſ. C. 21. Scriverii opinionem ita amicus meus Stephanus Marchesellius, vir & Etruscis, & Latinis literis valde exultus promovit, ut illam se demonstrasse crederet; in quo cum multum ab eo dissentirem, saepius a nobis amice super hac re disputatum est; &, ut candide dicam, quae ab illo pro sua sententia ingeniose afferebantur, dilutiora mihi semper visa sunt, neque hujusmodi, ut propter illa debeat pulcherrimum opus Thraci Poetae auferri, Italo tribui. Nam quid ajebat Marchesellius? Nimirum neminem antiquorum hujus Phaedri fabularis auctoris meminisse. At*

id

id ego negabam, & Martialem de eo mentionem fecisse contendebam, allato praecipue epigrammatis 16. Lib. 3. loco, ubi inquirens Poeta, quid ageret Canius suus Rufus, scripsit:

*An aemulatur improbi jocos Phaedri?*

Verum ut haec Martialis verba eluderet Marchesellius, de alio Phaedro, eoque Graeco, & Epicureo Philosopho intelligebat. A qua ego opinione illum ut deducerem, ajebam, iis verbis ibi usum Poetae, ut quisquis summam, quam in loquendo proprietatem servare solet Martialis, perspectam haberet, de Thrace eum Phaedro loquutum non posset dubitare; nam fabellas illas suas vix alio, quam jocosum nomine solet hic Phaedrus appellare.

Sic in Prologo Lib. I.

*Fictis joculari nos meminere fabulis.*

Sic in Prologo Lib. II.

*Quicumque fuerit ergo narrantis jocus.*

Sic in Prologo Lib. III.

*Affectus proprios in fabellas transtulit,  
Calumniamque fictis elusit jocis.*

Sic in Fabula I. Lib. IV.

*Joculari tibi videtur, & sane leve*

Sic in fabula VI. ejusdem Lib.

*Tu qui nasute scripta distringis mea,  
Et hoc jocosum legere fastidis genus.*

Hos tu, Clementine, Phaedri versus cum le-

ge-

quoniam hanc rem non ingrati fore tibi spero, breviter hic edisseram. Et quidem Siphontinum Antistitem Phaedri fabulas sibi arrogare voluisse, ex Cornucopiae pag. 142. liquido apparet; ubi relata totidem verbis fabella libri tertii Phaedri 17., cui titulus; *arbores in Deorum tutela*, eam a se scriptam narrat, & ad illas, quas ex Aviano adolescens transtulerat, adjunctam. Quamobrem, *Petrus Scriverius, in annotationibus ad Martialem, eo inclinare videtur, ut arbitretur, has omnes fabulas esse Perotto adscribendas, ipsumque adeo Phaedrum auctorem esse suppositivum; malum vero Perotti dolum, ac sublestatam fidem merito infestatur, & Phaedro suppetias venit Gaspar Bartheus Lib. 36. Advers. C. 21.* Scriverii opinionem ita amicus meus Stephanus Marchesellius, vir & Etruscis, & Latinis literis valde excultus promovit, ut illam se demonstrasse crederet; in quo cum multum ab eo dissentirem, saepius a nobis amice super hac re disputatum est; & , ut candide dicam, quae ab illo pro sua sententia ingeniose afferebantur, dilutiora mihi semper visa sunt, neque hujusmodi, ut propter illa debeat pulcherrimum opus Thraci Poetae auferri, Italo tribui. Nam quid agebat Marchesellius? Nimirum neminem antiquorum hujus Phaedri fabularis auctoris meminisse. At id

id ego negabam, & Martialem de eo mentionem fecisse contendebam, allato praecipue epigrammatis 16. Lib. 3. loco, ubi inquirens Poeta, quid ageret Canius suus Rufus, scripsit:

*An aemulatur improbi jocos Phaedri?*

Verum ut haec Martialis verba eluderet Marchesellius, de alio Phaedro, eoque Graeco, & Epicureo Philosopho intelligebat. A qua ego opinione illum ut deducerem, agebam, iis verbis ibi usum Poetae, ut quisquis summam, quam in loquendo proprietatem servare solet Martialis, perspectam haberet, de Thrace eum Phaedro loquutum non posset dubitare; nam fabellas illas suas vix alio, quam jocosum nomine solet hic Phaedrus appellare.

Sic in Prologo Lib. I.

*Fictis joculari nos meminere fabulis.*

Sic in Prologo Lib. II.

*Quicumque fuerit ergo narrantis jocus.*

Sic in Prologo Lib. III.

*Affectus proprios in fabellas transtulit,  
Calumniamque fictis elusit jocis.*

Sic in Fabula I. Lib. IV.

*Joculari tibi videtur, & sane leve*

Sic in fabula VI. ejusdem Lib.

*Tu qui nasute scripta distinguis mea,  
Et hoc jocosum legere fastidis genus.*

Hos tu, Clementine, Phaedri versus cum le-

ge-

geris, relege illum Martialis, in quo ad haec Phaedri loca respexit; & vide, num possis eum negare ejusdem esse gustus, & saporis, atque illa *Verona amat, Appona tellus censeatur, Peligni sonant, Nilus imbrifer plaudit, Gades jocosae gaudent, Corduba facunda loquitur, Bilibis gloriatur.* Eodem enim familiari sibi, & ingenioso modo, quo in his urbes, in illo Poetam Thracem describit; ut qui in hoc Martialis versu Fabulatorem Phaedrum non videt, parum mihi videre videatur. Addebam, & illud epitheton vere Martialianum *improbi*, Thracem Phaedrum designare, & describere. Quid enim illo Martialis significare volebat; nisi fabellas illas esse Poetae in deridendo lepidi, & in monendo ingeniosi? Sed totum hoc Marchesellio valde displicebat; neque *improbi* vocem ab idoneo ullo auctore sic agebat acceptam. In quo mihi falli vir eruditus videbatur; nam in simili significatione saepius a Martiale usurpatam sciebam; ut lib. 2. epig. 86. cum dixit:

*Improbaeque riges*

*Indulgent patientiam flagello.*

Quem locum cum explicaret Juventius, agebat: *Ita improbum leporem antea vocavit: lepidam scilicet, protervum, petulcum.* Agnoscis, Clementine, in *improbo* hoc Martialis Phaedro Augusti Libertum, non Antistitem Sipontinum.

Ad-

Addebat Marchesellius, nonnulla esse in Phaedri fabulis, quae ex epigrammatis Martialis sumpta videantur. Idque indicio esse, Phaedri fabulas esse Perotti in Martialis scriptis versatissimi. Verum haec ratio unum certe efficit, alterum Poetam nonnulla ex altero sumfisse; fabularem vero potius ex epigrammatario, quam epigrammatarium ex fabulari sumfisse, non efficit: quod si non hic ex illo, sed ex hoc ille sumfit, contrarium, quam Marchesellius vellet, efficeret, & meam sententiam, contra quam afferebatur, magis confirmabit. Quare cum omnia, quae afferuntur, ad adimendas antiquo Auctori fabulas Augusti saeculo dignissimas, levissima sint, & praeterea constet, eas sibi Perottum arrogasse; quare pro vero plagiaro non habeatur? Ego certe jam pridem talem illum credidi, & his versiculis etiam indicavi:

*Esse tuas Phaedri fabellas finge, Perotte;*

*Non sunt fabellae: fictio sola tua est.*

Hoc ipso tempore amoeniores disciplinas Romanae docebat Domitius Calderinus, seu Veronensis, alterum Pomponianae Scholae lumen, de quo Marcus Antonius Sabellicus in Dialogo de Latinae linguae reparatione inter alia haec scribit: *Periti ille admodum juvenis, cui si longior vita contigisset, multo emendatiorem hodie Latinam linguam haberemus; quique, ut refert*

Jo-

geris, relege illum Martialis, in quo ad haec Phaedri loca respexit; & vide, num possis eum negare ejusdem esse gustus, & saporis, atque illa *Verona amat, Appona tellus censeatur, Peligni sonant, Nilus imbrifer plaudir, Gades jocosae gaudent, Corduba facunda loquitur, Bilbilis gloriatur.* Eodem enim familiari sibi, & ingenioso modo, quo in his urbes, in illo Poetam Thracem describit; ut qui in hoc Martialis versu Fabulatorem Phaedrum non videt, parum mihi videre videatur. Addebam, & illud epitheton vere Martialianum *improbi*, Thracem Phaedrum designare, & describere. Quid enim illo Martialis significare volebat; nisi fabellas illas esse Poetae in deridendo lepidi, & in monendo ingeniosi? Sed totum hoc Marchesellio valde displicebat; neque *improbi* vocem ab idoneo ullo auctore sic agebat acceptam. In quo mihi falli vir eruditus videbatur; nam in simili significatione saepius a Martiale usurparam sciebam, ut lib. 2. epig. 86. cum dixit:

*Improbaeque riges*

*Indulgent parientiam flagello.*

Quem locum cum explicaret Juventius, agebat: *Ira improbum leporem antea vocavit: lepidam scilicet, protervum, petulcum.* Agnoscis, Clementine, in improbo hoc Martialis Phaedro Augusti Libertum, non Antistitem Sipontinum.

Ad-

Addebat Marchesellius, nonnulla esse in Phaedri fabulis, quae ex epigrammatis Martialis sumpta videantur. Idque indicio esse, Phaedri fabulas esse Perotti in Martialis scriptis versatissimi. Verum haec ratio unum certe efficit, & alterum Poetam nonnulla ex altero sumfisse; fabularem vero potius ex epigrammatario, quam epigrammatarium ex fabulari sumfisse, non efficit: quod si non hic ex illo, sed ex hoc ille sumfit, contrarium, quam Marchesellius vellet, efficeret, & meam sententiam, contra quam afferebatur, magis confirmabit. Quare cum omnia, quae afferuntur, ad adimendas antiquo Auctori fabulas Augusti saeculo dignissimas, levissima sint, & praeterea constet, eas sibi Perottum arrogasse; quare pro vero plagiario non habeatur? Ego certe jam pridem talem illum credidi, & his versiculis etiam indicavi:

*Esse tuas Phaedri fabellas finge, Perotte;*

*Non sunt fabellae: fictio sola tua est.*

Hoc ipso tempore amoeniores disciplinas Romanae docebat Domitius Calderinus, seu Veronensis, alterum Porponianae Scholae lumen, de quo Marcus Antonius Sabellicus in Dialogo de Latinae linguae reparatione inter alia haec scribit: *Periti ille admodum juvenis, cui si longior vita contrigisset, multo emendatiorem hodie Latinam linguam haberemus; quique, ut refert*

Jo-

*Jovius in ejus elogio; literarii splendoris assertor, ac omnis obscuritatis illustrator acclamatus est. Et in tantum honoris venerat, ut celebrante funus Academia, nobilis Juventus cum lacrymis vestem mutavit. Erat autem Domitius sic Perotto infensus, ut eum jurgiis, & convitiis apud suos sectatores plerumque incesset. In omnibus ab illo dissentire sibi pulchrum ducebat. Num is Martialem, saltem ut a Perotto dissentiret, improbavit? Nihil minus. Regulum, & Plinium hujus aetatis esse diceret: in omnibus aliis omnino diversi, in extollendo, & praedicando Martiale mire consentientes. In ea quidem epistola, qua Laurentio Medicaeo opus Commentariorum in hunc Poetam dedicat, sic Maecenatem suum alloquitur. Nihil tibi majus, quod quidem efficere valeam, praestari posse arbitratus sum, quam si Marci Valerii Martialis epigrammata interpretarer. Qui enim apud nostros aut urbanus laudet, aut in eo genere scribat elegantius, est nemo plane. Ut pro certo habeam M. Ciceronem, quod Cordubenses Poetas peregrinum quiddam sonare scribit, aliquid de sententia sua remissurum fuisse; si hunc unum Hispanum aliquando ei legere contigisset. Ita enim linguae urbanitate eruditus est, ut etsi illic non est natus, tamen non alibi quam in urbe didicisse videatur... tanta vero in eo est rerum cognitio, quantam in*

nul-

*nullo apud nostros esse contenderim. Idem Calderinus in ejusdem Poetae vita, quam Commentariis suis praemisit, de praeceptis epigrammatis loquens, sic scribit: Haec ita a Martiale servata sunt, ut Graecos superaverit; quamvis apud illo vix singulis epigrammatis claruerint pauci; & solus in hoc scribendi genere apud Latinos elaborasse, & perfecisse videatur. Ubi, ut vides, Hispanum Poetam Graecis, & Latinis, quotquot sunt, omnibus praefert. Neque ideo, quod tu de his, qui ita sentirent, dubitabas, minus homo est creditus Veronensis. Et vero Domitii testimonium eo in hac causa est illustrius, quod hic Cl. Auctor utrumque Poetam & Martialem, & Catullum Commentariis illustravit. Huic, & Sipontino praeiverat eodem saeculo Pomponius Letus, ita Latinae puritatis amator, ut ne illam inquinaret, ne Graece quidem discere voluerit. Hic primus, ut tradit Sabellicus in Dialogo de linguae Latinae reparatione Martialis epigrammata Romae explicuit, & hanc viam ad renovandam Romanam linguam, & gustum in literis aperuit; quam mox ejus discipuli Veronensis, & Sipontinus sunt sequuti; eamque suis deinceps discipulis tradiderunt; qui quidem Veronensis, & Sipontini discipuli, cum jam ad saeculum XVI. fere pertineant, non fit verosimile, Martialianum gustum hoc saeculo*

ex-



extinctum fuisse in Italia. Sed demus fuisse: non ideo saeculum XV., in quo hic gustus dominabatur, erata Cl. Tiraboschio omittendum; nisi velis, hanc quoque omissionem casu ei accidisse. An non satis erat Cl. huic Auctori nationes omnes praeter Italiam a causa Martialis exclusisse, nisi omnia etiam Saecula praeter XVI. excluderet? Collegi, ut puto, Clementine, membra & frustra omnia, in quae meam epistolam dissecueras, & nihileam vigoris sui post hanc lanienam video perdidisse; imo & novam lucem, & vitam novam ex hac ipsa dilaceratione accepisse. Nunc paucula epistolae tuae capita praeter illa, de quibus suis in locis egi, breviter percurram.

VIII. *Quod si Auctor (Sannazarius) e falso proposito falsum consequens collegisset, atque ita falsa falsis addidisset, tum vero ad Martialis similitudinem propius accessisset. Omnino enim id est Hispano tuo solemne, ut ex propositis, non rationis iudicio, sed phantasiae ludibrio dumtaxat verisimilibus, sententias admirabiles quasdam eliciat; cumque imaginem aliquam, vel translationem phantasia conceperit, eas potestates, eosque effectus translatae rei tribuat, quae ad rem illam unde translatio ducta est, proprie pertinent. Clem. Van. in ep. de poesi Martialis. Hanc tu nobis Martialiani gustus descriptionem exhibes, Clem-*

mentine; & ex mille, & quingentis circiter epigrammatis hujus Poetae duo tantum affers in exemplum, ut probes. Nimis exiguus numerus, & qui minime ad id efficiendum quod vis, sufficiat: nam tolle e mille illis circiter, & quingentis epigrammatis duo; tolle viginti, tolle quinquaginta, tolle centum, tolle, si vis, ducenta. Remanent mille circiter, & trecenta epigrammata in Martiale varii gustus, & ab hoc, quem tu describebas, plane diversi. Quare igitur non solemne est huic Hispano, quod millies, & trecenties facit; est autem illi solemne, quod tantum facit ducenties? Quid si ne ducenties quidem facit? Quid si ne centies? Quid, si ne quinquages? Vide, Clementine, id Hispano Poetae solemne non esse; sed cum sit gustus varii, & in opere, tam longo praefertim, ideo optimi; debuit & his argutiis etiam levioribus locum dare. Non ita facile Catulum tuum in hac parte excusaveris, qui in tam exiguo epigrammatum numero id ipsum sibi permiserit, & multo ineptius quam Martialis hoc argutiarum genere sit abusus. Conferamus inter se duo utriusque Poetae epigrammata.

MARTIALIS IN TUCCAM.

*Quid te, Tucca, juvat vetulo miscere Falerno  
In Varicanis condita musta cadis?*

*Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?*

*Aur*

extinctum fuisse in Italia. Sed demus fuisse: non ideo saeculum XV., in quo hic gustus dominabatur, erata Cl. Tiraboschio omittendum; nisi velis, hanc quoque omissionem casu ei accidisse. An non satis erat Cl. huic Auctori nationes omnes praeter Italiam a causa Martialis exclusisse, nisi omnia etiam Saecula praeter XVI. excluderet? Collegi, ut puto, Clementine, membra & frustra omnia, in quae meam epistolam dissecueras, & nihil eam vigoris sui post hanc laniam video perdidisse; imo & novam lucem, & vitam novam ex hac ipsa dilaceratione accepisse. Nunc pauca epistolae tuae capita praeter illa, de quibus suis in locis egi, breviter percurram.

VIII. *Quod si Auctor (Sannazarius) e falso proposito falsum consequens collegisset, atque ita falsa falsis addidisset, tum vero ad Martialis similitudinem propius accessisset. Omnino enim id est Hispano tuo solemne, ut ex propositis, non rationis iudicio, sed phantasiae ludibrio dumtaxat verisimilibus, sententias admirabiles quasdam eliciat, cumque imaginem aliquam, vel translationem phantasia conceperit, eas potestates, eosque effectus translatae rei tribuat, quae ad rem illam unde translatio ducta est, proprie pertinent. Clem. Van. in ep. de poesi Martialis. Hanc tu nobis Martialiani gustus descriptionem exhibes, Cle-*  
men-

mentine; & ex mille, & quingentis circiter epigrammatis hujus Poetae duo tantum afferens in exemplum, ut probes. Nimis exiguus numerus, & qui minime ad id efficiendum quod vis, sufficiat: nam tolle e mille illis circiter, & quingentis epigrammatis duo; tolle viginti, tolle quinquaginta, tolle centum, tolle, si vis, ducenta. Remanent mille circiter, & trecenta epigrammata in Martiale varii gustus, & ab hoc, quem tu describebas, plane diversa. Quare igitur non solemne est huic Hispano, quod millies, & trecenties facit; est autem illi solemne, quod tantum facit ducenties? Quid si ne ducenties quidem facit? Quid si ne centies? Quid, si ne quinquages? Vide, Clementine, id Hispano Poetae solemne non esse; sed cum sit gustus varii, & in opere, tam longo praefertim, ideo optimi; debuit & his argutiis etiam levioribus locum dare. Non ita facile Catullum tuum in hac parte excusaveris, qui in tam exiguo epigrammatum numero id ipsum sibi permiserit, & multo ineptius quam Martialis hoc argutiarum genere sit abusus. Conferamus inter se duo utriusque Poetae epigrammata.

MARTIALIS IN TUCCAM.

*Quid te, Tucca, juvat vetulo miscere Falerno*

*In Vaticanis condita musta cadis?*

*Quid tantum fecere boni tibi pessima vina?*

*Aut*

*Aut quid fecerunt optima vina mali?  
De nobis facile est: scelus est jugulare Falernum,  
Et dare Campano toxica saeva mero.  
Convivae meruere tui fortasse perire,  
Amphora non meruit tam pretiosa mori.*

Lib. I. Ep. 19.

Quid tu in hoc epigrammate reprehendis? Quod  
sum vina toxica translate appellasset.

*Et dare Campano toxica saeva mero;  
Ita conclusit: convivae &c. Primum igitur, in-  
quis, perinde conclusit, quasi de vero toxico lo-  
quutus esset. Deinde non convivas modo, sed  
etiam vinum, vel potius amphoram morti obno-  
xiam fecit. Sit ita: levia tamen sunt haec pec-  
cata, si cum illis, quae in Catulliano, quod  
mox adducam, epigrammate insunt, compa-  
rentur.*

CATULLUS IN RUFUM.

*Noli admirari, quare tibi foemina nulla.  
Rufe, velit .....  
Non, si illam rarae labefactes munere vestis,  
Aut pelluciduli deliciis lapidis.  
Laedit te quaedam mala fabula, qua tibi feritur,  
Valle sub alarum trux habitare caper.  
Hunc metuunt omnes: neque mirum: nam mala valde  
Bestia, nec quicum bella puella cubet. (est  
Quare aut crudelem nasorum interfice pestem,  
Aut admirari desine, cur fugiunt.*

Ex-

Expende diligenter omnia, Clementine, & ri-  
sum, si potes, contine. Fugiebant puellae Ru-  
fum ob foetidum alarum odorem, quem Graeci  
τραγόν, Latini caprum appellant. Quid  
Catullus? Hoc nomine abusus, ex capro odore  
caprum animal fecit, & ut caper hic commo-  
de habitaret, alam sive axillam Rufi in vallem  
convertit; mox hanc vallem ex ala factam, ob  
inhabitantem caprum inaccessam puellis esse  
voluit; imo caprum hunc, in valle alarum  
habitantem, toti viciniae radditum formidabi-  
lem. Neque id mirum esse vult; quia odor  
ille, qui antea nihil nisi nomen capri habe-  
bat, factus est de repente non solum bestia ve-  
ra, sed valde mala bestia, adeo ut cum illa  
nulla puella cubare velit. Videntur haec tibi  
satis monstruosa? Expecta tantisper, & vide,  
quo elegantiarum pater evadat. Ut ingeniose  
concludat epigramma, monet Rufum, odorem  
illum interficiat; nam caper ille, quem inter-  
ficiendum Rufe suadet, aliud vere nihil est,  
nisi foetidus ille alarum odor; qui tamen o-  
dor, cum e capro nasorum pestis ad extremum  
factus esset, aliquo modo purgandus, non in-  
terficiendus esse videbatur. Quot monstra in  
hoc Catulli capro! Nec tamen tuum Poetam  
reprehendo. Multa hujus generis, & gustus si-  
ve Catulliani, sive Martaliani invenies a-  
pud

N

pud

*Aut quid fecerunt optima vina mali?  
De nobis facile est: scelus est jugulare Falernum,  
Et dare Campano toxica saeva mero.  
Convivae meruere tui forasse perire,  
Amphora non meruit tam pretiosa mori.*

Lib. I. Ep. 19.

Quid tu in hoc epigrammate reprehendis? Quod  
cum vina toxica translate appellasset,

*Et dare Campano toxica saeva mero;  
Ita conclusit: convivae &c. Primum igitur, in-  
quis, perinde conclusit, quasi de vero toxico lo-  
quutus esset. Deinde non convivas modo, sed  
etiam vinum, vel potius amphoram morti obne-  
xiam fecit. Sit ita: levia tamen sunt haec pec-  
cata, si cum illis, quae in Catulliano, quod  
mox adducam, epigrammate insunt, compa-  
rentur.*

CATULLUS IN RUFUM.

*Noli admirari, quare tibi foemina nulla.  
Rufe, velit .....  
Non, si illam rarae labefactes munere vestis,  
Aut pelluciduli deliciis lapidis.  
Laedit te quaedam mala fabula, qua tibi fertur,  
Valle sub alarum trux habitare caper.  
Hunc meruunt omnes: neque mirum: nam mala valde  
Bestia, nec quicum bella puella cubet. (est  
Quare aut crudelem nasorum interfice pestem,  
Aut admirari desine, cur fugiunt.*

Ex-

Expende diligenter omnia, Clementine, & ri-  
fum, si potes, contine. Fugiebant puellae Ru-  
fum ob foetidum alarum odorem, quem Graeci  
ταρυόν, Latini caprum appellant. Quid  
Catullus? Hoc nomine abusus, ex capro odore  
caprum animal fecit, & ut caper hic commo-  
de habitaret, alam sive axillam Rufi in vallem  
convertit; mox hanc vallem ex ala factam, ob  
inhabitantem caprum inaccessam puellis esse  
voluit; imo caprum hunc, in valle alarum  
habitantem, toti viciniae radditum formidabi-  
lem. Neque id mirum esse vult; quia odor  
ille, qui antea nihil nisi nomen capri habe-  
bat, factus est de repente non solum bestia ve-  
ra, sed valde mala bestia, adeo ut cum illa  
nulla puella cubare velit. Videntur haec tibi  
satis monstrosa? Expecta tantisper, & vide,  
quo elegantiarum pater evadat. Ut ingeniose  
concludat epigramma, monet Rufum, odorem  
illum interficiat; nam caper ille, quem inter-  
ficiendum Rufe suadet, aliud vere nihil est,  
nisi foetidus ille alarum odor; qui tamen o-  
dor, cum e capro nasorum pestis ad extremum  
factus esset, aliquo modo purgandus, non in-  
terficiendus esse videbatur. Quot monstra in  
hoc Catulli capro! Nec tamen tuum Poetam  
reprehendo. Multa hujus generis, & gustus si-  
ve Catulliani, sive Martaliani invenies a-

N

puē

pud alios nobiles Poetas tam Graecos, quam Latinos optimorum temporum. Nos dabimus unum Germanici Augusti, Graece ab eo scriptum, & a Cl. Cunichio in selectis Anthologiae Graecae epigrammatis Latine redditum.

Lepus a cane marino correptus.

*Terrestris fugi ora canis lepus; arripit ecce*

*Unus me illorum, quos habet unda, canis.*

*O lepores, coelum iam scandite; sed male tutum*

*Id quoque, habent quando sidera & ipsa canem,*

Hortatur hic lepus, a Germanico tam disertè loqui edoctus, alios lepores, ut quoniam in terra a canibus infestentur, in mari a piscibus hujus nominis vorentur, scandant coelum; qui saltus, ut vides, velocitatem leporum nobilitat; sed nec in coelo tutos eos fore hortatur lepus veretur; quoniam etiam in coelo non minus quam in mari, & terra, sit canis. Sed quis non videt, paulo imprudentiorem hunc leporis metum esse; nam quod marinum canem timeat, minus mirum videri debet; etsi enim valde diversus a terrestri sit, nec ejusdem cum illo generis canis, tamen animal erat, & poterant ab eo lepores vorari: coelestis autem canis fidus est, nec naturae leporivorae; & tamen tantum terroris solum canis nomen lepori inculcat. Hic certe bonus sane Poeta Germanicus tribuit fideri, eo quod canis nomen ha-

haberet, attributa, & proprietates canis; non sicut, ut lepores ob solum canis nomen agnoscant in sidere affectus canis, & illud, tamquam si verus canis esset, formident. Plus aliquid ponderis addet exemplum Platonis, qui Philosophus summus cum esset, hujus quoque gustus fuit, ut probat sequens ejus epigramma in puerum Stellam nomine, quem stellas aspicientem viderat,

*Stella meus, stellas dum suspicis, ipse utinam sim*

*Coelum; oculis ut te pluribus aspiciam.*

Tota, ut vides, argutia inde sumpta est, quod stellae coeli oculi per translationem dici solent; hoc divino Poetae, & Philosopho satis fuit, ut coelum se esse optaret, quo pluribus Stellam suam oculis aspiceret. Non enim erat tam fatuus Plao, ut veros coeli oculos stellas esse crederet, ut sicut homo oculis, sic coelum stellis videret. Quare etiam si Sannazarius ex falsis propositis falsum consequens collegisset, atque ita falsa falsis addidisset; non ad Martialis potius, quam ad Catulli, & Germanici, & Platonis, aliorumque optimorum Poetarum similitudinem accessisset. Cum igitur fere tota tua epistola ex hac gustus lege pendeat, necesse est, ut ostensa legis falsitate, totius fere epistolae tuae falsitas perinde sit ostensa. I nunc & mirare, si vix ulium Martialis imitorem in

puḁ alios nobiles Poetas tam Graecos, quam Latinos optimorum temporum. Nos dabimus unum Germanici Augusti, Graece ab eo scriptum, & a Cl. Cunichio in selectis Anthologiae Graecae epigrammatis Latine redditum.

Lepus a cane marino correptus.

*Terrestris fugi ora canis lepus; arripit ecce*

*Unus me illorum, quos habet unda, canis.*

*O lepores, coelum jam scandite; sed male rurum*

*Id quoque, habent quando sidera & ipsa canem.*

Hortatur hic lepus, a Germanico tam disertè loqui edoctus, alios lepores, ut quoniam in terra a canibus infestentur, in mari a piscibus hujus nominis vorentur, scandant coelum; qui saltus, ut vides, velocitatem leporum nobilitat: sed nec in coelo tutos eos fore hortator lepus veretur; quoniam etiam in coelo non minus quam in mari, & terra, sit canis. Sed quis non videt, paulo imprudentiorem hunc leporis metum esse; nam quod marinum canem timeat, minus mirum videri debet; etsi enim valde diversus a terrestri sit, nec ejusdem cum illo generis canis, tamen animal erat, & poterant ab eo lepores vorari: coelestis autem canis fidus est, nec naturae leporivorae; & tamen tantum terroris solum canis nomen lepori inculsit. Hic certe bonus sane Poeta Germanicus tribuit sideri, eo quod canis nomen ha-

haberet, attributa, & proprietates canis, imo fuit, ut lepores ob solum canis nomen agnoscant in sidere affectus canis, & illud, tamquam si verus canis esset, formident. Plus aliquid ponderis addet exemplum Platonis, qui Philosophus summus cum esset, hujus quoque guttus fuit, ut probat sequens ejus epigramma in puerum Stellam nomine, quem stellas aspicientem viderat,

*Stella meus, stellas dum suspicis, ipse utinam sim  
Coelum; oculis ut te pluribus aspiciam.*

Tota, ut vides, argutia inde sumpta est, quod stellae coeli oculi per translationem dici soleant; hoc divino Poetae, & Philosopho satis fuit, ut coelum se esse optaret, quo pluribus Stellam suam oculis aspiceret. Non enim erat tam fatuus Plao, ut veros coeli oculos stellas esse crederet, ut sicut homo oculis, sic coelum stellis videret. Quare etiam si Sannazarius ex falsis propositis falsum consequens collegisset, atque ita falsa falsis addidisset; non ad Martialis potius, quam ad Catulli, & Germanici, & Platonis, aliorumque optimorum Poetarum similitudinem accessisset. Cum igitur fere tota tua epistola ex hac guttus lege pendeat, necesse est, ut ostensa legis falsitate, totius fere epistolae tuae falsitas parinde sit ostensa. I nunc & mirare, si vix ulium Martialis imitatore in

Italia invenias, nisi ad saeculum XVII., in quo gustus erat in ea corruptissimus, recurras. Tolle falsum hoc principium, quod sine ullo jure posueras; substitue illi ea, quae ego de vero Hispani gustu, ex optimorum Criticorum judicio multis in locis posui; statim occurrent tibi in tua Italia Martialianorum chori; sed & continuo paucos sane invenies vel in ipso saeculo XVI. Catullianos; quorum tu, numerum ut augeres, multos in iis numerabas, qui vix unum, vel alterum epigramma composuissent, nec pro epigrammatarum Poetis vulgo essent habitum; quin & e Gallia Muretum arcebas, ut Italorum chorus, qui a Martiale desciverant, & perexiguus sane erat, honorario hoc Italo cresceret.

*IX. Hic cave ad ineptissimum illud responsum confugas, scilicet istorum omnium, quos tanrope laudat Caecilius, atque aliorum etiam quorundam carmina, nequidquam aliter praedicentibus Varibus, periisse; Martialis autem salva, atque integra ad nos pervenisse... Id omne non humana voluntas, aut ratio, sed res incertissima Sortis ac tempera moderantur. Quod ni ita esset, nequaquam M. Senecae porius Controversiae, quam tot Ciceronis Orationes, quae interierunt, superessent. Quod Auctores Romani aetatis argenteae fere interierint, Hispani vero ad nos perven-*

venerint, non ideo factum volebas, quod corruptiores illi, integrioris ita fuissent; sed totum id casui, & fortunae esse tribuendum. In quo moderate satis mihi agere videbare; nam plus aliquid de Graecis Philosophis jampridem scripserat Baco Verulamius, nimirum optimos quosque illorum interiisse, & longe deterrimos esse conservatos. Quod specioso satis maris exemplo suadebat; hoc enim disiectis, & dissipatis in naufragio navibus, aurum, & pretiosa quaeque in fundum colligere, & retinere; leviculos funes, & nullius pretii afferes ad litus solet ejectare. Sic hujus Angli judicio libri Platonis, & Aristotelis nihil sunt praeterquam vilissimae literarii naufragii, in quo tot alii clari Philosophi perierunt, reliquiae. Sed ego, Clementine, Verulamii dictum serio ab eo dici potuisse, nunquam mihi persuadebo; illud potius credam, & hoc, et si quae sunt huic similia, de genere eorum esse, quae, ut alias dicebam, ad exhilarandam moestitiam Historiae literariae ab Auctoribus solent excogitari. Ad tuum vero, quod nimis serio scriptum video, est non nihil quod e contrario dicendum mihi esse videatur. Nimirum: an existimes, diligentiam hominum in transcribendis libris nonnihil posse conducere, ut uni potius, quam alii conserventur? Quod si id negare non poteris, & illud

Italia invenias, nisi ad faeculum XVII., in quo gustus erat in ea corruptissimus, recurras. Tolle falsum hoc principium, quod sine ullo jure posueras; substitue illi ea, quae ego de vero Hispani gustu, ex optimorum Criticorum judicio multis in locis posui; statim occurrent tibi in tua Italia Martialianorum chori; sed & continuo paucos sane invenies vel in ipso faeculo XVI. Carullianos; quorum tu, numerum ut augeres, multos in iis numerabas, qui vix unum, vel alterum epigramma composuissent, nec pro epigrammaticis Poetis vulgo essent habiti; quin & e Gallia Muretum arcessebas, ut Italorum chorus, qui a Martiale desciverant, & perexiguus sane erat, honorario hoc Italo cresceret.

*IX. Hic cave ad ineptissimum illud responsum confugas, scilicet istorum omnium, quos tantopere laudat Caecilius, atque aliorum etiam quorundam carmina, nequidquam aliter praedicentibus Varibus, periisse; Martialis autem salva, atque integra ad nos pervenisse... Id omne non humana voluntas, aut ratio, sed res incertissima Sors ac tempera moderantur. Quod ni ita esset, nequaquam M. Senecae potius Controversiae, quam tot Ciceronis Orationes, quae interierunt, superessent. Quod Auctores Romani aetatis argenteae fere interierint, Hispani vero ad nos per-*  
ve-

venerint, non ideo factum volebas, quod corruptiores illi, integrioris idi fuissent; sed totum id casui, & fortunae esse tribuendum. In quo moderate satis mihi agere videbare; nam plus aliquid de Graecis Philosophis jampridem scripserat Baco Verulamius, nimirum optimos quosque illorum interiisse, & longe deterrimos esse conservatos. Quod specioso satis maris exemplo suadebat; hoc enim disiectis, & dissipatis in naufragio navibus, aurum, & pretiosa quaeque in fundum colligere, & retinere; leviculos funes, & nullius pretii asses ad litus solet ejectare. Sic hujus Angli judicio libri Platonis, & Aristotelis nihil sunt praeterquam vilissimae literarii naufragii, in quo tot alii clari Philosophi perierunt, reliquiae. Sed ego, Clementine, Verulamii dictum serio ab eo dici potuisse, nunquam mihi persuadebo; illud potius credam, & hoc, et si quae sunt huic similia, de genere eorum esse, quae, ut alias dicebam, ad exhilarandam moestitiam Historiae literariae ab Auctoribus solent excogitari. Ad tuum vero, quod nimis serio scriptum video, est non nihil quod e contrario dicendum mihi esse videatur. Nimirum: an existimes, diligentiam hominum in transferendis libris nonnihil posse conducere, ut uni potius, quam alii conferrentur? Quod si id negare non poteris, & il-



ad addam: num tibi fiat verosimilae, Romanos illius aetatis ita fuisse stultos, ut parem diligentiam ponerent in transcribendis libris corruptissimis, ac ponere solerent in optimis transcribendis? Nam si hoc est plane incredibile, verisimile est, optimos libros minus expositos fuisse undarum, & flammaram periculis, & facilius ad nos pervenire potuisse. Id, quod de poetis tragicis disertis verbis Vives docet: *Latinae, inquit, linguae solus remansit Seneca Tragicus: credo priscos non conservatos, quod rudes eos, atque impositos esse existimarent; nec tanti esse illos describere.* Lib. 3. de Trad. Discipl. At cur perierunt aliquot Ciceronis Orationes, Controversiae vero Senecae non perierunt? Dixi, eam causam mihi non aspernandam videri; quod etiam si stili deliciae majores essent in Orationibus Ciceronis; at longe major erat utilitas in Controversiis Senecae, cum fere centum Oratores, qui a tempore Ciceronis ad illud, in quo Hispanus Rhetor scribebat, floruerant, in illis conserventur. Unde Vavasser unum Senecam pro centum Oratoribus sibi esse, non absurde dixit. Nec solum Seneca tot Oratorum illustrium memoriam conservavit, sed qui illorum esset gustus in eloquentia, adductis singulorum exemplis, demonstravit, & optime de illis judicavit; ut ejus

Con-

Controversiae videri possint literaria sui temporis Historia; critice sane; & cum optimo judicio scripta. Sed hoc ipsum & te, & tuum Tiraboschium urit; quod ex illa sit meridiana luce clarius, corruptores gustus, & eloquentiae Romanos, non Hispanos fuisse: Hinc tot inanes Cl. Tiraboschii conatus, ut suis lectoribus persuadeat, non tantam esse potuisse Senecae memoriam, ut tot Oratorum loca totidem verbis, atque ab illis dicta essent, recordaretur. At bene est; quod de Senecae memoria nemo unus usque ad Tiraboschium dubitavit. Et certe mihi aliquanto majora videntur, quae ipse de se prope initium Libri 1. Controversiarum his verbis narrat: *Cum multa jam mihi ex me desideranda senectus fecerit; oculorum aciem retuderit; aurium sensum hebetaverit, nervorum firmitatem fatigaverit; inter ea; quae retuli, memoria est; res ex omnibus partibus animi maxime delicata, & fragilis, in quam primam senectus incurrit. Hanc aliquando in me floruisse, ut non tantum ad usum sufficeret, sed in miraculum usque procederet, non nego. Nam & duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta reddebam; & ab his, qui ad audiendum praecipientem nostrum convenerant; singulos verus a singulis datos; cum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad primum;*

N 4

aud addam: num tibi fiat verosimilae, Romanos illius aetatis ita fuisse stultos, ut parem diligentiam ponerent in transcribendis libris corruptissimis, ac ponere solerent in optimis transcribendis? Nam si hoc est plane incredibile, verosimile est, optimos libros minus expositos fuisse undarum, & flammarum periculis, & facilius ad nos pervenire potuisse. Id, quod de poetis tragicis disertis verbis Vives docet: *Latinae, inquit, linguae solus remansit Seneca Tragicus: credo priscos non conservatos, quod rudes eos, atque impolitos esse existimarent; nec tanti esse illos describere.* Lib. 3. de Trad. Discipl. At cur perierunt aliquot Ciceronis Orationes, Controversiae vero Senecae non perierunt? Dixi, eam causam mihi non aspernandam videri; quod etiam si stili deliciae majores essent in Orationibus Ciceronis; at longe major erat utilitas in Controversiis Senecae, cum fere centum Oratores, qui a tempore Ciceronis ad illud, in quo Hispanus Rhetor scribebat, floruerant, in illis conserventur. Unde Vavasser unum Senecam pro centum Orationibus sibi esse, non absurde dixit. Nec solum Seneca tot Oratorum illustrium memoriam conservavit, sed qui illorum esset gustus in eloquentia, adductis singulorum exemplis, demonstravit, & optime de illis judicavit; ut ejus

Con-

Controversiae videri possint literaria sui temporis Historia; critice sane; & cum optimo judicio scripta. Sed hoc ipsum & te, & tuum Tiraboschium urit; quod ex illa fit meridiana luce clarius, corruptores gustus, & eloquentiae Romanos, non Hispanos fuisse: Hinc tot inanes Cl. Tiraboschii conatus; ut suis lectoribus persuadeat, non tantam esse potuisse Senecae memoriam, ut tot Oratorum loca totidem verbis, atque ab illis dicta essent, recordaretur. At bene est; quod de Senecae memoria nemo unus usque ad Tiraboschium dubitavit. Et certe mihi aliquanto majora videntur; quae ipse de se prope initium Libri 1. Controversiarum his verbis narrat: *Cum multa jam mihi ex me desideranda senectus fecerit; oculorum aciem retuderit; aurium sensum hebetaverit; nervorum firmitatem fatigaverit; inter ea; quae retuli, memoria est; res ex omnibus partibus animi maxime delicata, & fragilis, in quam primam senectus incurrit. Hanc aliquando in me floruisse, ut non tantum ad usum sufficeret, sed in miraculum usque procederet, non nego. Nam & duo millia nominum recitata, quo ordine erant dicta reddebant; & ab his, qui ad audiendum praecipienti nostrum conveniant; singulos verus a singulis datos; cum plures quam ducenti efficerentur, ab ultimo incipiens usque ad primum;*

N 4

mum;

*num, recitabam. Nec ad complectenda tantum, quae vellem, velox erat mihi memoria, sed etiam ad continenda, quae acceperat. Et paulo post; quaecumque apud illam aut puer, aut juvenis deposui, quasi recentia, & modo audita, sine cunctatione profert. Quid autem ut hanc Senecae memoriam in suspicionem vocet, affert Tiraboschius? Similia valde ea esse loca declamatorum, quae Seneca commemorat, eaque acuta, & sententiosa; ut non multorum declamatorum, sed unius, & hujus Hispani esse videantur. In primis, Clementine, quae Tiraboschio tam similia videntur, non adeo similia esse, satis probat, quod de illorum plurimis multum diversa, & minime inter se similia iudicia ipse Seneca proferat; unde illud colligo, nos minus acutum in his rebus cernere, atque illi Critici, qui omnia suorum nota, & perspecta habebant. Deinde sint quantum velis similia; non continuo unius Auctoris, & hujus Hispani, sed unius saeculi, & hujus Romanae ad corruptionem labentis esse probari. Omnes fere ejus temporis Auctores ita scribebant, nisi qui legi nollent. Habet unumquodque saeculum suum scribendi, & loquendi modum. Legge variorum Epistolas, quae una cum Ciceronianis ire solent; videbis, corpus stili, ac dictionis uniusmodi fere esse in omnibus; &*

tamen non dices, omnes illas epistolas unius esse scriptoris, & hujus Arpinatis. Aliud est de stili, ut ita dicam, anima, sive ingenio, & indole scriptoris, quam tamen illorum temporum Critici melius, quam nos cognoscebant, & ubi nos non possumus, distinguebant. Levia igitur sunt, quae afferuntur a Tiraboschio ad tantam, & tam diuturnam, & tam corroboratam persuasione convellendam. Crede mihi, Clementine, si Hispani Critici memoria plures Romanorum virtutes, pauciora vitia nobis conservasset, si veros eloquentiae corruptores non Romanos, sed Hispanos ostendisset; tum Tiraboschius illam multo majorem fuisse crederet. Sinat igitur Cl. Auctor memoriae Senecae nos fidere, & ex his quae in Libris Controversiarum scripsit, veras Romanae corruptionis causas, & veros eloquentiae corruptores ostendere. *Ut possitis, ait, filios suos alloquens, aestimare, in quantum quotidie ingenia decrescant, & nescio qua iniquitate naturae eloquentia se retrotulerit, quidquid Romanae facundiae habet, quod insolenti Graeciae aut opponat, aut praeferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia, quae lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt; in deterius deinde quotidie data res est, sive luxuria temporum; nihil est enim tam mortiferum ingenii, quam luxuria; sive cum praemium*

*num, recitabam. Nec ad complectenda tantum, quae vellem, velox erat mihi memoria, sed etiam ad continenda, quae acceperat. Et paulo post, quaecumque apud illam aut puer, aut juvenis deposui, quasi recentia, & modo audita, sine cunctatione profert. Quid autem ut hanc Senecae memoriam in suspensionem vocet, affert Tiraboschius? Similia valde ea esse loca declamatorum, quae Seneca commemorat, eaque acuta, & sententiosa; ut non multorum declamatorum, sed unius, & hujus Hispani esse videantur. In primis, Clementine, quae Tiraboschio tam similia videntur, non adeo similia esse, satis probat, quod de illorum plurimis multum diversa, & minime inter se similia iudicia ipse Seneca proferat; unde illud colligo, nos minus acutum in his rebus cernere, atque illi Critici, qui omnia suorum nota, & perspecta habebant. Deinde sint quantum velis similia; non continuo unius Auctoris, & hujus Hispani, sed unius saeculi, & hujus Romanae ad corruptionem labentis esse probari. Omnes fere ejus temporis Auctores ita scribebant, nisi qui legi nollent. Habet unumquodque saeculum suum scribendi, & loquendi modum. Legge variorum Epistolas, quae una cum Ciceronianis ire solent; videbis, corpus stili, ac dictionis uniusmodi fere esse in omnibus; &*

*tamen non dices, omnes illas epistolas unius esse scriptoris, & hujus Arpinatis. Aliud est de stili, ut ita dicam, anima, sive ingenio, & indole scriptoris, quam tamen illorum temporum Critici melius, quam nos cognoscebant, & ubi nos non possumus, distinguebant. Levia igitur sunt, quae afferuntur a Tiraboschio ad tantam, & tam diuturnam, & tam corroboratam persuasionem convellendam. Crede mihi, Clementine, si Hispani Critici memoria plures Romanorum virtutes, pauciora vitia nobis conservasset, si veros eloquentiae corruptores non Romanos, sed Hispanos ostendisset; tum Tiraboschius illam multo majorem fuisse crederet. Sinat igitur Cl. Auctor memoriae Senecae nos fidere, & ex his quae in Libris Controversiarum scripsit, veras Romanae corruptionis causas, & veros eloquentiae corruptores ostendere. Ut possitis, ait, filios suos alloquens, aestimare, in quantum quotidie ingenia decrescant, & nescio qua iniquitate naturae eloquentia se retulerit, quidquid Romanae facundia habet, quod insolenti Graeciae aut opponat, aut praeferat, circa Ciceronem effloruit. Omnia ingenia, quae lucem nostris studiis attulerunt, tunc nata sunt; in deterius deinde quotidie data res est, sive luxuria temporum; nihil est enim tam mortiferum ingenii, quam luxuria; sive cum praemi-*  
um

um pulcherrimae rei cecidisset; translatum est omne certamen ad turpia, multo honore, quaestusque vigentia: sive fano quodam cuius maligna, perpetuaque in omnibus rebus lex est; ut ad summum perducta; rursus ad infimum; velocius quidem quam ascenderant, relabantur. Torpent ecce ingenia desidiosae iuventutis, nec in ullius honestae rei labore vigilatur. Somnus, languorque, & somno, et languore turpior malarum rerum industria invassit animos; cantandi, saltandi que nunc obscuro studia efformatos tenent; & capillum frangere, & ad muliebres blanditias vocem extenuare, mollitiae corporis certare cum foeminis; immundissimis se excolere munditiis nostrorum adolescentium specimen est. Quis aequalium vestrorum, quid dicam satis ingeniosus, satis studiosus, imo quis satis vir est? Emolliiti, enervaeque, quod nati sunt; inviti manent. Expugnatores alienae pudicitiae, negligentis suae. In hos nec Dei tantum mali permittant, ut cadat eloquentia. Jam, Clementine, Hispanorum mores longe alios fuisse, cum ipse Seneca, tum Aulus Gellius, & alii illorum temporum Scriptores, passim tradunt; nimirum graves, severos, duos, rusticos. Si igitur mollities a Seneca descripta eloquentiam perdidit, nihil illius corruptio pertinet ad Hispanos. Hoc non poterat non videre Cl. Tiraboschius; & cum Gal-

lus scriptor Gedoinus Principes corruptionis fecisset Moecenatem, & Ovidium; ei totis viribus se opposuit, & Pollionem potius hujus corruptionis Principem fuisse, utcumque probare adlaboravit; erat enim Pollionis ingenium duris, & severis Hispanis, quam vultis, & expositis Romanis similis. Sed frustra est Tiraboschius. Galli quidem sententia verisimillima est; neque duo magis idonei utriusque Eloquentiae corruptores inveniri poterant, quam Moecenas, & Ovidius. Audi quid de illo scribat Macrobius Saturnal. Lib. 2. Augustus, qui Moecenatem suum noverat esse stilo remisso, molli, & dissoluto, talem se in epistolis quas ad eum scribebat, saepius exhibebat; & contra castigationem loquendi, quam aliis ille scribendo servabat, in epistola ad Moecenatem familiari plura in jocos effusa, subtexuit: Vale, mel gentium, metuelle, ebur ex Erruria, laser Aretinum, Adamas Supernas, Tiberinum Margaritum, jaspis figulorum, berile Porfennae &c. Jam cum ingenia illius aevi nihil non sperarent ab hoc adamante Supernate, & Tiberino Margarito; cum hic nihil non posset apud Augustum; qui fieri potuit, ut suo exemplo multos in vitia sua non pelliceret? Sic est profecto, ab illo tamquam ab infecto, & vitiatto fonte corruptio illa in reliquos Literatos praecipue manavit. Et si exqui-

um pulcherrimae rei cecidisset; translatum est  
 omne certamen ad turpia, multo honore, quaestu-  
 que vigentia: sive raro quodam cuius mali-  
 gna, perpetuaque in omnibus rebus lex est, ut  
 ad summum perducta; rursus ad infimum; velo-  
 cius quidem quam ascenderant, relabantur. Tor-  
 pent ecce ingenia desidiosae iuventutis, nec in  
 ullius honestae rei labore vigilatur. Somnus, lan-  
 guorque, & somno, et languore turpior malarum  
 rerum industria invadit animos; cantandi, sal-  
 tandique nunc obscena studia efformatos re-  
 nent; & capillum frangere, & ad muliebres  
 blanditias vocem extenuare, mollitiae corporis cer-  
 tare cum foeminis; immundissimis se excolere mun-  
 ditatis nostrorum adolescentium specimen est. Quis  
 aequalium vestrorum, quid dicam satis ingeniosus;  
 satis studiosus, imo quis satis vir est? Emolli-  
 ti, enervaeque, quod nati sunt, inviti manent.  
 Expugnatores alienae pudicitiae, negligentes suae.  
 In hos nec Dei tantum mali permittant, ut ca-  
 dat eloquentia. Jam, Clementine, Hispanorum  
 mores longe alios fuisse, cum ipse Seneca, tum  
 Aulus Gellius, & alii illorum temporum Scri-  
 ptores, passim tradunt; nimirum graves, seve-  
 ros, duros, rusticos. Si igitur mollities a Sene-  
 ca descripta eloquentiam perdidit, nihil illius  
 corruptio pertinet ad Hispanos. Hoc non pote-  
 rat non videre Cl. Tiraboschius; & cum Gale-  
 Ga-

lus scriptor Gedoinus Principes corruptionis fe-  
 cisset Moecenatem, & Ovidium; ei totis viribus  
 se opposuit, & Pollionem potius hujus corru-  
 ptionis Principem fuisse, utcumque probare  
 adlaboravit; erat enim Pollionis ingenium du-  
 ris, & severis Hispanis, quam vultis, & expo-  
 litis Romanis similius. Sed frustra est Tirabo-  
 schius. Galli quidem sententia verisimillima  
 est; neque duo magis idonei utriusque Eloquen-  
 tiae corruptores inveniri poterant, quam Moe-  
 cenas, & Ovidius. Audi quid de illo scribat  
 Macrobius Saturnal. Lib. 2. Augustus, qui  
 Moecenatem suum noverat esse stilo remisso, mol-  
 li, & dissoluto, talem se in epistolis quas ad  
 eum scribebat, saepius exhibebat; & contra ca-  
 stigationem loquendi, quam aliis ille scribendo  
 servabat, in epistola ad Moecenatem familiari plu-  
 ra in jocos effusa, subtexuit: Vale, mel geni-  
 um, metuelle, ebur ex Erruria, laser Aretinum,  
 Adamas Supernas, Tiberinum Margaritum, jaspis  
 figulorum, berile Porfennae &c. Jam cum ingenia  
 illius aevi nihil non sperarent ab hoc adamante  
 Supernate, & Tiberino Margarito; cum hic ni-  
 hil non posset apud Augustum; qui fieri po-  
 tuit, ut suo exemplo multos in vitia sua non  
 pelliceret? Sic est profecto, ab illo tamquam  
 ab infecto, & vitiatto fonte corruptio illa in  
 reliquos Literatos praecipue manavit. Et si exqui-  
 si-

frior, & comior, & ineptior haec cultura, seu Maecenatismus intra prosae orationis fines mansit. Alius poeticae corruptionis fons fuit Ovidius, non quod ille non optimus fuerit Poeta; cave enim putes, ullum unquam ingenium majus, & ad poesim magis factum illo sulmonensis poetae fuisse; sed quod ita lascivens esset, ita amatoris sensibus abundans, & nimia quadam, & ingeniosa redundancia superfluens; ut modum tenere, vel nesciverit, vel nolent. Erat jam Romana Juventus per se satis ad amatoriam vesaniam prona, & qualem Seneca ad vivum exprimebat; quare vix libri de Arte prodierunt, illos avide arripuit, totam se huic nequitiarum, ac mollitiei Magistro fingendam dedit; mox tota Roma Veneriis deliciis resoluta nihil sublime, nihil erectum, nihil virile spirare, inertia, & deliciis languescere, veterem eloquentiam rusticitatem aestimare, politius aliquid, & unctius appetere. Cum tota Roma ita esset corrupta, necesse erat, ut aliunde Reformatores Romam venirent, & maxime ex Hispania, quae quo magis ab urbe remota, eo minus ad eam Romae corruptio pervenire poterat. Erat tunc temporis haec Provincia florentissimis Coloniais, & Municipiis frequens, & ita in his humanioribus Artibus excellebat, ut summa in eis per-

ri-

ritia eam ab omnibus Imperii Provinciis Horatii judicio distingueret, qui per quamdam excellentiam Hispanis peritiam tribuebat. Neque enim aliter intelligi commode possunt illa quae in Oda Lib. 2. 20. leguntur: *Me peritus discet Iber.* Viderunt hoc exteri quidam Hispanae gloriae parum aequi, & alio Poetae sententiam trahere voluerunt, & deflectere; ut non de peritia in amoenioribus disciplinis, sed de praestantia Hispanorum rei nauticae intelligendam esse contenderent. Sed quis non videt, quam ridiculae, & alienae, & absurdae sint ejusmodi interpretationes? Effet enim Horatii sententia, se sibi eam ob causam suorum carminum immortalitatem polliceri, quod ea Hispanus rei nauticae peritus multi faceret, & addiceret. Quae quidem sententia mihi non solum summo Critico, sed etiam Hispano nauta indigna videtur. In tam ridendas absurditates nationum suarum amor, & exterarum invidentia scriptores solet abripere. Erat igitur Hispania, Horatii quidem judicio, inter Imperii Provincias amoeniorum artium peritissima, & maxime incorrupta; & tum ob hanc peritiam, tum ob morum severitatem, una omnium maxime idonea, ut Romae corruptioni se opponeret, & amissum gustum in literis restitueret. Et fecit quidem certe, quantum in re, tantum non de-

plo-

plorata fieri potuit. Id cum ex aliis idoneis Auctoribus, tum ex hoc Seneca Rhetore constat. Ut miram non sit, si quemadmodum dixi, & tu, & tuus Tiraboschius ejus Controversias communi naufragio non perisse doleatis. Primus igitur Romanae corruptionis Reformator, ut ex Senecae Controversiis patet, Portius Latro Cordubensis fuit, unus e ducentis condiscipulis, quos Cordubae hic Seneca habebat, & a quibus ducentos illos recitados versus totidem verbis, ordine inverso memoriter reddebat. *Hoc quidem Viro* (Senecae verba sunt,) *nihil gravius, nihil suavius, nihil eloquentia sua dignius. Sed illum fortem, agrestem, & Hispaniae consuetudinis morem non poterat dediscere. Saepe cum per totam lucubraverat noctem, ab ipso cibo statim ad declamandum veniebat. Post coenam fere lucubrabat, nec pariebatur alimenta per somnum quietemque aequaliter diggeri, sed perturbata, & dissipata in caput agebat; itaque & oculorum aciem confuderat, & colorem mutaverat.* Sed tantam de eo opinionem habebant Romani declamatores, ut aliqui, dum aliud non possent ex eo imitari, faciem sibi inficerent, & colorem imitarentur. Quo videtur respexisse Horatius, cum epistola Lib. I. 12. diceret:

*Quod si*

*Pallerem casu, biberent ex angue Cuminum.*

Mul-

Multa de suo Latrone in primo Controversiarum libro narrat Seneca, quae a te diligenter legi velim; sed & illa notabilia mihi videntur, quae in libro Controversiarum 4. affert; ubi quantum novi Oratores perturbari soleant, cum a Scholis declamatorum ad forum transeunt, doceas, sic scribit: *In foro, ut nihil aliud, ipsum illos forum turbat. Hoc quod vulgo narratur, an verum sit, tu melius potes scire: Declamatoriae virtutis Latronem Portium unicum exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Portio propinquo suo diceret, usque eo esse confusum, ut a soloecismo inciperet; nec ante potuisset confirmari, tectum ac parietes desiderantem, quam impetravit, ut iudicium ex foro in Basilicam transferretur.* Scis hanc Portii turbationem a tuo Tiraboschio referri, & ex fide certe, nisi quod id in Hispania ei accidisse, satis prudenter omisit; ne Hispani fori severitas appareret; quas omissiones tanta arte ab hoc Cl. Auctore inferi video, ut mihi multo mirabilior, & ingeniosior in his, quae omittit, quam in his, quae dicit esse videatur. Talis erat Hispanus Latro, cum Romae ad reformandam Eloquentiam accessit; at cum videret, arte opus esse ad tantum, & tam diffusum malum radicitus evellendum, rem sane lepidam in hunc finem excogitavit. Aperuit scholam, & Romanam Juven-



plorata fieri potuit. Id cum ex aliis idoneis Auctoribus, tum ex hoc Seneca & Herore constat. Ut mirum non sit, si quemadmodum dixi, & tu, & tuus Tiraboschius ejus Controversias communi naufragio non peritisse doleatis. Primus igitur Romanae corruptionis Reformator, ut ex Senecae Controversiis patet, Portius Latro Cordubensis fuit, unus e ducentis discipulis, quos Cordubae hic Seneca habebat, & a quibus ducentos illos recitatos versus totidem verbis, ordine inverso memoriter reddebat. *Hoc quidem Viro (Senecae verba sunt,) nihil gravius, nihil suavius, nihil eloquentia sua dignius. Sed illum fortem, agrestem, & Hispaniae consuetudinis morem non poterat dediscere. Saepe cum per totam lucubraverat noctem, ab ipso cibo statim ad declamandum veniebat. Post coenam fere lucubrabat, nec pariebatur alimenta per somnum quietemque aequaliter diggeri, sed perturbata, & dissipata in caput agebat; iraque & oculorum aciem confuderat, & colorem mutaverat. Sed tantam de eo opinionem habebant Romani declamatores, ut aliqui, dum aliud non possent ex eo imitari, faciem sibi inficerent, & colorem imitarentur. Quo videtur respexisse Horatius, cum epistola Lib. I. 12. diceret:*

*Quod si  
Pallerem casu, biberent exangue Cuminum.*  
Mul-

Multa de suo Latrone in primo Controversiarum libro narrat Seneca, quae a te diligenter legi velim; sed & illa notabilia mihi videntur, quae in libro Controversiarum 4. affert; ubi quantum novi Oratores perturbari soleant, cum a Scholis declamatorum ad forum transeunt, docens, sic scribit: *In foro, ut nihil aliud, ipsum illos forum turbat. Hoc quod vulgo narratur, an verum sit, tu melius potes scire: Declamatoriae virtutis Latronem Portium unicum exemplum, cum pro reo in Hispania Rustico Portio propinquo suo diceret, usque eo esse confusum, ut a soloecismo inciperet; nec ante potuisse confirmari, tectum ac parietes desiderantem, quam impetravit, ut iudicium ex foro in Basilicam transferretur. Scis hanc Portii turbationem a tuo Tiraboschio referri, & ex fide certe, nisi quod id in Hispania ei accidisse, satis prudenter omisit; ne Hispani fori severitas appareret; quas omissiones tanta arte ab hoc Cl. Auctore inferi video, ut mihi multo mirabilior, & ingeniosior in his, quae omittit, quam in his, quae dicit esse videatur. Talis erat Hispanus Latro, cum Romae ad reformandam Eloquentiam accessit; at cum videret, arte opus esse ad tantum, & tam diffusum malum radicitus evellendum, rem sane lepidam in hunc finem excogitavit. Aperuit scholam, & Romanam Juven-*  
tu-

tutem invitavit; ea tamen lege, ut qui a se vellent incorruptam Hispanorum Eloquentiam ediscere, nihil ipsi declamarent, sed se Hispano more orantem audirent. Dura certe lex; & tamen tanta erat Latronis fama, ut magnus statim ad eum numerus Juvenum conflueret. Audiebant Hispanum Candidati, & audiendo, Romana vitia dediscabant. Ubi res est per urbem sparsa, ad novitatem ridere multi, indignari alii, & ringere, Latronis discipulos per contemptum non jam discipulos, sed auditores vocare. At tantum abfuit, ut quidquam hac sua invidia profecerint, ut ipsum auditorum nomen, ad despectum prius ab invidis excogitatum, paulatim ab hac invidiosa significatione recesserit, & in discipulorum locum successerit; sic ut quicumque Rhetorum Scholas frequentarent, modo discipuli, modo auditores pari laude dicerentur. Unus ex his, sive discipulis, sive auditoribus Latronis Publius Ovidius fuit, qui tanti eum faciebat, ut plurimas illius sententias adnotaret, & illis tanquam gemmis versus suos insigniret. Neque illud praetermittam, quod Seneca omittendum sibi non putavit, nimirum Ovidium in prossa Oratione, & in suis declamationibus multo saniorum, & incorruptiorum, quam in versibus fuisse; quod non alia de causa factum apparet, quam

quam quod declamandi Magistrum Hispanum, non poetandi habuerit. Vides, Clementine, quantum Romana eloquentia huic Hispano debuerit, quem cum alia via Cl. Tiraboschius obscurare non posset, postquam de illo egit, transit ad Blandum Romanum declamatorem, a cujus nobilitate plus honoris Rhetorum professioni, quam ab Hispani ingenio advenisse scribit. Quod nimis frigide, nec satis vere dictum est. Nam Blandum hunc Romanum non e praecipuis sui saeculi declamatoribus fuisse, constat ex lib. 5. Controversiarum, in quo Seneca Tradeum declamatorum designans, Latronis, Albutii, Gallionis, Fusci mentionem facit, & ut vides, Latroni primum, Blando nullum in eo locum concedit.

Diversam a Latrone viam ingressus est Rhetor Seneca; nam etiamsi Equestris ordinis cum esset, Rhetorices praecepta tradere, & quam in Hispania dicendi artem didicerat, Romae docere non erubuerit; majus tamen aliquid, & longe utilius excogitavit. Oratores, & Declamatores omnes, qui a magno Cicerone ad sua tempora floruerant, collegit; dicta eorum, & sententias conservavit; quid in illis Oratoribus, ac Declamatoribus probari, quid rejici deberet, discussit; sic Romanae eloquentiae ad interitum labentis imaginem, quasi in tabula, depin-

tutem invitavit; ea tamen lege, ut qui a se  
 vellent incorruptam Hispanorum Eloquentiam  
 ediscere, nihil ipsi declamarent, sed se Hispa-  
 no more orantem audirent. Dura certe lex;  
 & tamen tanta erat Latronis fama, ut magnus  
 statim ad eum numerus Javenum confluerit.  
 Audiebant Hispanum Candidati, & audiendo,  
 Romana vitia dediscebant. Ubi res est per ur-  
 bem sparsa, ad novitatem ridere multi, indi-  
 gnari alii, & ringere, Latronis discipulos per  
 contentum non jam discipulos, sed auditores  
 vocare. At tantum abfuit, ut quidquam hac  
 sua invidia profecerint, ut ipsum auditorum no-  
 men, ad despectum prius ab invidis excogita-  
 tum, paulatim ab hac invidiosa significatione  
 recesserit, & in discipulorum locum successerit;  
 sic ut quicumque Rhetorum Scholas frequenta-  
 rent, modo discipuli, modo auditores pari lau-  
 de dicerentur. Unus ex his, sive discipulis,  
 sive auditoribus Latronis Publius Ovidius fuit,  
 qui tanti eum faciebat, ut plurimas illius  
 sententias adnotaret, & illis tanquam gem-  
 mis versus suos insigniret. Neque illud prae-  
 termittam, quod Seneca omittendum sibi non  
 putavit, nimirum Ovidium in prosa Ora-  
 tione, & in suis declamationibus multo fa-  
 niozem, & incorruptiorem, quam in versibus  
 fuisse; quod non alia de causa factum apparet,  
 quam

quam quod declamandi Magistrum Hispanum,  
 non poetandi habuerit. Vides, Clementine,  
 quantum Romana eloquentia huic Hispano de-  
 buerit, quem cum alia via Cl. Tiraboschius  
 obscurare non posset, postquam de illo egit,  
 transit ad Blandum Romanum declamatorem,  
 a cujus nobilitate plus honoris Rhetorum pro-  
 fessione, quam ab Hispani ingenio advenisse scri-  
 bit. Quod nimis frigide, nec satis vere dictum  
 est. Nam Blandum hunc Romanum non e prae-  
 cipuis sui saeculi declamatoribus fuisse, constat  
 ex lib. 5. Controversiarum, in quo Seneca Te-  
 tradeum declamatorum designans, Latronis, Al-  
 butii, Gallionis, Fusci mentionem facit, & ut  
 vides, Latroni primum, Blando nullum in eo  
 locum concedit.

Diversam a Latrone viam ingressus est Rhe-  
 tor Seneca; nam etiam si Equestris ordinis cum  
 esset, Rhetorices praecepta tradere, & quam in  
 Hispania dicendi artem didicerat, Romae doce-  
 re non erubuerit; majus tamen aliquid, & lon-  
 ge utilius excogitavit. Oratores, & Declama-  
 tores omnes, qui a magno Cicerone ad sua tem-  
 pora floruerant, collegit; dicta eorum, & sen-  
 tentias conservavit; quid in illis Oratoribus,  
 ac Declamatoribus probari, quid rejici debe-  
 ret, discussit; sic Romanae eloquentiae ad in-  
 teritum labentis imaginem, quasi in tabula, de-  
 pin-

pinxit, & ad posteros transmisit. Divinum sane opus, si integrum ad nos pervenisset. Multa in eo non solum laude, sed etiam admiratione dignissima a doctissimis saeculorum omnium viris celebrantur; sed praecipue singularis candor, & sinceritas, & summa de ingenio iudicandi peritia. Nos operae pretium duximus, paucula huiusmodi iudicia afferre, ut si haec non displicuerint, alia apud ipsum quaeras.

De Albutio. *Raro Albutio respondebat fortuna, semper opinio. Tristis, sollicitus declamator, & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset. Usque eo nullum tempus securus erat: haec illum sollicitudo fugavit e foro, & tantum unius figurae crudelis eventus. Nam in quodam iudicio centumvirali cum diceretur iurandi conditio aliquando facta ab adversario; induxit eiusmodi figuram, qua illi omnia crimina regeret. Placet, inquit, tibi, rem iurejurando transigi? Jura, sed ego iusjurandum dabo. Jura per patris cineres, qui inconditi sunt. Jura per patris memoriam; & exequutus est locum; quo perfecto, surrexit Lucius Aruncius ex diverso, & ait: accipimus conditionem, jurabit. Clamabat Albutius: non detuli conditionem, schema dixi. Aruncius instabat: Centumviri rebus iam ultimis se parabant. Albutius clamabat: ista ratione schemata de rerum natura tolluntur.* Aruncius

*cuius aiebat: Tollantur, poterimus sine illis vivere. Summa rei haec fuit. Centumviri dixerunt, dare ipsos secundum Adversarium Albutii, si juraret ille. Juravit. Albutius non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit; nunquam enim amplius in foro dixit.*

De Musa. *Musa Rhetor multum habuit ingenii, nihil cordis. Omnia usque ad ultimum tumorem perducta; ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent. Quis enim ferret hominem de siphonibus dicentem, coelo repluunt? De sparsionibus, odoratos imbres; & in cultum vividum, caelatas silvas; & in pictura, nemora surgentia? Aut illud, quod de subitis moribus memini eum dicentem, cum vos me illo perduxissetis: quidquid avium volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurrit, nostris sepelitur ventribus: quaere nunc, cur subito moriamur; moribus vivimus. Non ergo, etsi jam manumissus erat, debuit de corio ejus nobis satisfieri? Non sum ex iudicibus severissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam; multa donanda ingenio puto, sed donanda vitia, non portenta sunt.*

De Senecione. *Senecio fuit ingenii confusi, ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut novissime huius rei morbo, & teneretur, & videretur; nam & servos nolebat habere nisi grandes;*

pinxit, & ad posteros transmisit. Divinum sane opus, si integrum ad nos pervenisset. Multa in eo non solum laude, sed etiam admiratione dignissima a doctissimis saeculorum omnium viris celebrantur; sed praecipue singularis candor, & sinceritas, & summa de ingentis iudicandi peritia. Nos operae pretium duximus, paucula huiusmodi iudicia afferre, ut si haec non displicuerint, alia apud ipsum quaeras.

De Albutio. Raro Albutio respondebat fortuna, semper opinio. Tristis, sollicitus declamator, & qui de dictione sua timeret, etiam cum dixisset. Usque eo nullum tempus securus erat: haec illum sollicitudo fugavit e foro, & tantum unius figurae crudelis eventus. Nam in quodam iudicio centumvirali cum diceretur iurandi conditio aliquando facta ab adversario; induxit eiusmodi figuram, qua illi omnia crimina regeret. Placet, inquit, tibi, rem iurejurando transigi? Jura, sed ego iusjurandum dabo. Jura per patris cineres, qui inconditi sunt. Jura per patris memoriam; & exequutus est locum; quo perfecto, surrexit Lucius Aruncius ex diverso, & ait: accipimus conditionem, jurabit. Clamabat Albutius: non detuli conditionem, schema dixi. Aruncius instabat: Centumviri rebus iam ultimis se parabant. Albutius clamabat: ista ratione schemata de rerum natura tolluntur. Aruncius

cuius aiebat: Tollantur, poterimus sine illis vivere. Summa rei haec fuit. Centumviri dixerunt, dare ipsos secundum Adversarium Albutii, si juraret ille. Juravit. Albutius non tulit hanc contumeliam, sed iratus calumniam sibi imposuit; nunquam enim amplius in foro dixit.

De Musa. Musa Rhetor multum habuit ingenii, nihil cordis. Omnia usque ad ultimum tumorem perducta; ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent. Quis enim ferret hominem de siphonibus dicentem, coelo repluunt? De sparsionibus, odoratos imbres; & in cultum viridum, caelatas silvas; & in pictura, nemora surgentia? Aut illud, quod de subitis moribus meminimus eum dicentem, cum vos me illo perduxissetis: quidquid avium volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurret, nostris sepelitur ventribus: quaere nunc, cur subito moriamur; moribus vivimus. Non ergo, etsi jam manumissus erat, debuit de corio ejus nobis satisfieri? Non sum ex iudicibus severissimis, qui omnia ad exactam regulam redigam; multa donanda ingeniiis puto, sed donanda vitia, non portenta sunt.

De Senecione. Senecio fuit ingenii confusi, ac turbulenti, qui cupiebat grandia dicere, adeo ut novissime huius rei morbo, & teneretur, & videretur; nam & servos volebat habere nisi grandes;

212  
des; & argentea vasa non nisi grandia. Cre-  
datis mihi velim non jocanti; eo pervenit in-  
sania ejus, ut calceos quoque majores sumeret,  
ficus non esset nisi mariscas; concubinam ingen-  
ris staturae habebat, omnia grandia probabat: ei  
impositum est cognomen, vel, ut Messala ait,  
cognomentum, & vocari coepit Senecio Grandio.  
Is in hac suassoria cum posuisset contradictionem,  
ait: Omnes, qui missi erant a Graecia, fuge-  
runt; sublatis manibus, insistens summis digitis  
(sic enim solebat quo grandior fieret) exclamat:  
Gaudeo, gaudeo; totus Xerxes meus erit.

De Sparso. Sparsus autem dicebat valenter,  
sed dure. Ad imitationem Larronis se direxerat;  
non tamen unquam similis illi erat, nisi cum  
eadem diceret.

De Osco. Osco non incommode dixit, sed si-  
bi nocuit, dum nihil sine schemate dicere cupit.  
Oratio ejus non figurata erat, sed prava. Ita-  
que non inurbane Paccatus Rhetor, cum illi Mas-  
siliae mans occurrisset, schemate illum salutavit.  
Poteram, inquit, dicere: Ave, Osce.

A Marco Seneca Rhetore ad Lucium Sene-  
cam Philosophum transeamus, cujus vitam in  
suspicionem, scripta in contemptum adducere  
vult Cl. Tiraboschius. At cum Philosophi mo-  
res boni omnes, & Christiani sui temporis su-  
spexerint, imo Divus Hieronymus, qui hunc  
Phi-

213  
Philosophum inter Scriptores Ecclesiasticos re-  
censuit, continentissimae vitae fuisse affirmet,  
nescio quomodo Cl. Auctor speraverit, posse se  
in hac parte vel Italis suis, quibus unice scri-  
bebat, labra sublinere. Nam quid contra com-  
munem bonorum persuassionem assert? Male-  
dicta Dionis, quae, cum ipse fateatur, nullam  
fidem mereri, ea tamen usque ad fastidium in-  
gerit, & inculcat. Et vero si inimici testimo-  
nio uti volebat, cur laudes, quas Senecae Dio-  
tribuit, praetermisit? Contrarium ratio suade-  
bat; nam inimicus cum laudat suspectus non  
est, est vero cum vituperat. Quo autem jure  
idem Auctor laudes, quas in libro de Clemen-  
tia Seneca Neroni tribuit, & ad initium prin-  
cipatus referuntur, numerat inter assentationes?  
Quis Principum initio principatus dignior illis  
laudibus fuit? Cui ignota Neronis vox? *vellem*  
*nescire literas*; ne scilicet capitali sententiae sua  
manu subscriberet. Nihil itaque in tota Tira-  
boschii de vita Senecae censura video, nisi loca  
quaedam Rhetorices communia, & declamatio-  
nem parum viro dignam, cui, ut & caeteris  
invidorum, & maledicorum sui temporis calu-  
mniis, respondit abunde Seneca in lib. de vita  
beata; & nos aliquando fortasse respondebimus.  
Quoad scripta vero, quod tantum Philosophum,  
ut dicebamus, Agyrtam facit, falsis gemmis

212  
des; & argentea vasa non nisi grandia. Creditis mihi velim non jocanti; eo pervenit insania ejus, ut calceos quoque majores sumeret, ficus non esset nisi mariscas; concubinam ingentis staturae habebat, omnia grandia probabat: ei impositum est cognomen, vel, ut Messala ait, cognomentum, & vocari coepit Senecio Grandio. Is in hac suavioria cum posuisset contradictionem, ait: Omnes, qui missi erant a Graecia, fugerunt; sublatis manibus, insistens summis digitis (sic enim solebat quo grandior fieret) exclamat: Gaudeo, gaudeo; totus Xerxes meus erit.

De Sparso. Sparsus autem dicebat valenter, sed dure. Ad imitationem Latronis se direxerat; non tamen unquam similis illi erat, nisi cum eadem diceret.

De Osco. Osco non incommode dixit, sed sibi nocuit, dum nihil sine schemate dicere cupit. Oratio ejus non figurata erat, sed prava. Itaque non inurbane Paccatus Rhetor, cum illi Masfiliae mane occurrisset, schemate illum salutavit. Poteram, inquit, dicere: Ave, Osce.

A Marco Seneca Rhetore ad Lucium Senecam Philosophum transeamus, cujus vitam in suspicionem, scripta in contemptum adducere vult Cl. Tiraboschius. At cum Philosophi mores boni omnes, & Christiani sui temporis suspexerint, imo Divus Hieronymus, qui hunc Phi-

213  
Philosophum inter Scriptores Ecclesiasticos recensuit, continentissimae vitae fuisse affirmet, nescio quomodo Cl. Auctor speraverit, posse se in hac parte vel Italis suis, quibus unice scribebat, labra sublinere. Nam quid contra communem bonorum persuasionem assert? Maledicta Dionis, quae, cum ipse fateatur, nullam fidem mereri, ea tamen usque ad fastidium ingerit, & inculcat. Et vero si inimici testimonio uti volebat, cur laudes, quas Senecae Dionis tribuit, praetermisit? Contrarium ratio suadebat; nam inimicus cum laudat suspectus non est, est vero cum vituperat. Quo autem jure idem Auctor laudes, quas in libro de Clementia Seneca Neroni tribuit, & ad initium principatus referuntur, numerat inter assentationes? Quis Principum initio principatus dignior illis laudibus fuit? Cui ignota Neronis vox? vellem nescire literas; ne scilicet capitali sententiae sua manu subscriberet. Nihil itaque in tota Tiraboschii de vita Senecae censura video, nisi loca quaedam Rhetorices communia, & declamationem parum viro dignam, cui, ut & caeteris invidorum, & maledicorum sui temporis calumniis, respondit abunde Seneca in lib. de vita beata; & nos aliquando fortasse respondebimus. Quoad scripta vero, quod tantum Philosophum, ut dicebamus, Agyrtam facit, falsis gemmis

populo imponentem, res est ab homine gravitam aliena, ut ei ab alio quam a mere responderi malim. Nisi forte jam satis respondit Marcus Antonius Muretus Oratione XV. cum pervenisset ad Annalium Taciti Lib. III., Sed & iudicium Caligulae de stilo Senecae afferre non dubitat; nam, ut ille ait, Caligula, licet esset homo studii omnis inimicus, acuto nihilominus ingenio erat praeditus. At meminisse saltem debebat Cl. Tiraboschius, eundem Caligulam, cum Virgilium nullius ingenii, & perquam exiguae doctrinae hominem diceret, tanquam fatuum vel amentem a se spreto; nec esse verosimile, eum, qui cum Italum Poetam contemneret, fatuus vel amens esset, statim atque Hispano maledicere coepisset, mentem & iudicium recuperasse. Porro non minus insane de Seneca, quam de Virgilio Caligula iudicavit, cum praeclara illius opera *arenam sine calce* dixit; qui enim vere sapiunt, *aurum sine glutine* appellant. Sed jure fudit in aliis, quae ad stilum Senecae pertinent, & ad superioris aetatis Oratorum contemptum, iudicio Quintilianii. Quid si negem? Erat optimus iudex Quintilianus, at esse Romae opinionem, in visum ei Senecam, nec ipse Quintilianus dissimulat, etsi falso eam opinionem vulgatam ait; hoc scilicet erat sperandum, ut ipse ex vero ortam dice-

ce-

ceret. Ait igitur Tiraboschius, ut persuadeat Romanae eloquentiae corruptorem fuisse Senecam, eum Ciceronem & caeteros antiquos in manus Principis ne venirent, sollicitè curasse, quo magis illum in admiratione suorum operum detineret; quin & ipsum Tullium, & ejus similes superioris aetatis mirum in modum contempsisse, sic ut de illis & frequenter, & cum summo contemptu loqueretur. Ego quidem haec omnia ab eo dici video, probari non video. Scripserit illa Quintilianus, quid ad me? Hispanus hic Rhetor, ut alibi diximus, Romam mortuo Nerone venit; unde igitur illa scire potuit, nisi forte ex invidorum Senecae, & maledicorum rumoribus. Sed quid opus est, imo qui convenit, in hac re audire Quintilianum; cum quid Seneca cum de aliis antiquis, tum praecipue de Cicerone senserit, in ejus epistolis legi possit? Videamus igitur, quomodo de Cicerone loquatur, & an illum magni, an parvi faciendum arbitretur; nam aliud lingua, aliud calamo Senecam docuisse, credent illi, quibus expedit.

*Cupio, inquit Lucilio suo, si fieri potest, propitiis auribus tuis essentiam dicere; sin minus, dicam & iratis. Ciceronem auctorem hujus verbi habeo, puto locupletem. Epist. 58.*

*Lege Ciceronem: Compositio ejus una est; pedem*



dem servat, curata, lenta, & sine infamia mollis: at contra Pollionis Asinii salebrosa, & exiliens, & ubi minime expectes, relictura. Denique apud Ciceronem omnia desinunt; apud Pollionem cadunt, exceptis paucissimis. Ep. 100.

Affer, quem Fabiano possis praepone; dic Ciceronem, cujus libri ad Philosophiam pertinentes, pene rotidem sunt quot Fabiani. Cedam: sed non statim pusillum est, si quid maximo minus est. Ibidem.

In Graecis hanc licentiam ruleris; nos etiam eum scribimus, interpungere consuevimus, Cicero quoque noster, a quo Romana eloquentia exiit, gradarius fuit. Romanus sermo magis se circumspicit, & aestimat, & praebet aestimandum. Ep. 40.

Crede tu igitur, Clementine, Cl. Tiraboschio, & Quintiliano, & ex illis discere, quid de Cicerone Seneca iudicaverit; interea credam ego ipsi Senecae, ex cujus epistolis disco, Ciceronem esse auctorem locupletem; cujus dictio est sine infamia mollis; apud quem omnia desinunt, cum apud Pollionem cadant; in libris Moralium maximum, ab eo Romanam eloquentiam extitisse, id est, Ciceronem esse Romanae eloquentiae auctorem, parentem, principem. Puto, satis ex his liquere, Senecam, quemadmodum & caeteros Hispanos, fuisse

se eloquentiae sui temporis contemptorem, & inimicum; antiquae vero, & aureae, quam a parente suo didicerat, amatorem, & laudatorem egregium. At inquires, Fabii iudicio stilum Senecae abundare dulcibus vitiis. Sit ita: non sine causa abundat. Sine his vitiis Romanorum vitia frustra emendare studuisset; nemo enim exvulsis illis, & expolitis illum legisset. Verae igitur eloquentiae, & artis fuit, stilum ad lectores, quibus prodesse vellet, accommodare. Vide, quid dicam; nulli fortasse plus debuit eloquentia in hoc saeculo, quam Lucio Senecae. Viros facere studuit saluberrimis praeceptis, & consiliis Romanos; quod nisi faceret, illos non poterat facere eloquentes; nihil enim est eloquens, ut Marcus Seneca, & Fabius Quintilianus ex Marco Catone docent, nisi *vir bonus dicendi peritus*. Adiunge his, Clementine, iudicium Senecae de eloquentia, ut ipse ait, *ebria* Moecenatis, quem ubique insectatur; tum demum intelliges, eum non minus quam Portium Latronem, & Marcum Senecam pro vera & veteri eloquentia revocanda, nova & sui temporis tollenda laborasse. Lege sis epistolam 114. Nec tantum de soluta oratione optime meritus est Seneca, dum in Moecenatem invehitur, sed etiam de numeris adstricta, dum reprehendit O-

vidium. Quamquam, ut erat prudentissimus Criticus, aliter multo de hoc, atque de illo censuit; nihil, inquam, in Ovidio praeter luxuriam, & lascivientis ingenii redundantiam notavit. Quod praecipue constat ex Cap. 27. Quae est Naturalium, in quo suum de Sulmonensi Poeta iudicium declarat: *ergo insularum modo eminent montes, & sparsas Cycladas argent, ut ait ille Poetarum ingeniosissimus egregie; sicut illud pro magnitudine rei dixit:*

*Omnia pontus erant, deerant quoque litora ponto.  
Nisi tantum impetum ingenii, & materiae ad pueriles ineptias reduxisset,*

*Nat lupus inter oves, fulvos vebit unda leones.  
Non est res satis sobria lascivire devorato orbe terrarum &c.*

Qui sic Moecenatem, & Ovidium depinxit, & quid Romanae eloquentiae nocuerint, vel nocere potuerint, ostenderit; qui Ciceronem ut ejusdem eloquentiae parentem laudaverit; ut plenum optimo gustui testimonium daret, quid deerat, nisi ut Virgilium Latine poeseos principem probaret? Fecit id quoque, & quanti hunc Poetam faceret, non uno in loco nos docuit. Lege, Clementine, Epist. 108. qua docet, quomodo Philosophorum libri sint legendi. Multa in ea divina, sed illud ad rem nostram maxime accommodatum; quod ineptos lectores

exa-

exagitans, ait: *itaque quae Philosophia fuit, facta Philologia est; multum autem ad rem pertinet, quo proposito, ad quam rem accedas. Mox allato illo Virgilii*  
*.... fugit irreparabile tempus.*

Docet quid in hoc Grammaticus quid Philosophus soleat, & debeat observare. Accedamus igitur ad lectionem Poetarum non tantum ut Grammatici, sed etiam ut Philosophi; statim videbimus, ut de aliis nunc taceam, quantum Martialis Catullo antistat, & quantum distent aera lupinis. Non negamus, Senecae stilum nimio interdum acumine, & sententiis scintillare; sed qui animadvertunt, Stoicum celeberrimum Senecam fuisse, si quid hoc vitii est, non ab ejus gente, sed a secta fuisse vident; & certe, cum acutissimae, & spinosissimae huic sectae totum se jam inde ab ineunte aetate dederit, & in ea semper vixerit; in Hispania autem vix paucos pueritiae annos egerit; a patria potius, quam a secta hoc illi vitium adhaesisse, quis crederet? Quod si sectae nolis esse, Romano in foro, in quo diu summa cum laude causas egit, illud contraxit. Nihil igitur ab Hispania praeter fulmineum ingenium, & generosam indolem, & naturam ad omne bonum praeclaram attulit; nisi mavis his addere praecepta eloquentiae, quae a patre jam Romae haussit, & in media Romae corruptione retinuit; & ex qui-

vidium. Quamquam, ut erat prudentissimus Criticus, aliter multo de hoc, atque de illo censuit; nihil, inquam, in Ovidio praeter luxuriam, & lascivientis ingenii redundantiam notavit. Quod praecipue constat ex Cap. 27. Quae est Naturalium, in quo suum de Sulmonensi Poeta iudicium declarat: ergo insularum modo eminent montes, & sparsas Cycladas argent, ut ait ille Poetarum ingeniosissimus egregie; sicut illud pro magnitudine rei dixit:

*Omnia pontus erant, deerant quoque litora ponto.  
Nisi tantum impetum ingenii, & materiae ad  
pueriles ineptias reduxisset,*

*Nat lupus inter oves, fulvos vebit unda leones.  
Non est res satis sobria lascivire devorato orbe  
terrarum &c.*

Qui sic Moecenatem, & Ovidium depinxerit, & quid Romanae eloquentiae nocuerint, vel nocere potuerint, ostenderit; qui Ciceronem ut ejusdem eloquentiae parentem laudaverit; ut plenum optimo gustui testimonium daret, quid deerat, nisi ut Virgilium Latine poeseos principem probaret? Fecit id quoque, & quanti hunc Poetam faceret, non uno in loco nos docuit. Lege, Clementine, Epist. 108. qua docet, quomodo Philosophorum libri sint legendi. Multa in ea divina, sed illud ad rem nostram maxime accommodatum; quod ineptos lectores

exa-

exagitans, ait: itaque quae Philosophia fuit, facta Philologia est; multum autem ad rem pertinet, quo proposito, ad quam rem accedas. Mox allato illo Virgilii  
... fugit irreparabile tempus.

Docet quid in hoc Grammaticus quid Philosophus soleat, & debeat observare. Accedamus igitur ad lectionem Poetarum non tantum ut Grammatici, sed etiam ut Philosophi; statim videbimus, ut de aliis nunc taceam, quantum Martialis Catullo antister, & quantum distent aera lupinis. Non negamus, Senecae stilum nimio interdum acumine, & sententiis scintillare; sed qui animadvertunt, Stoicum celeberrimum Senecam fuisse, si quid hoc vitii est, non ab ejus gente, sed a secta fuisse vident; & certe, cum acutissimae, & spinosissimae huic sectae totum se jam inde ab ineunte aetate dederit, & in ea semper vixerit; in Hispania autem vix paucos pueritiae annos egerit; a patria potius, quam a secta hoc illi vitium adhaesisse, quis crederet? Quod si sectae nolis esse, Romano in foro, in quo diu summa cum laude causas egit, illud contraxit. Nihil igitur ab Hispania praeter fulmineum ingenium, & generosam indolem, & naturam ad omne bonum praeclaram attulit; nisi mavis his addere praecepta eloquentiae, quae a patre jam Romae hausit, & in media Romae corruptione retinuit; & ex  
qui-

vidium. Quamquam, ut erat prudentissimus Criticus, aliter multo de hoc, atque de illo censuit; nihil, inquam, in Ovidio praeter luxuriam, & lascivientis ingenii redundantiam notavit. Quod praecipue constat ex Cap. 27. Quae est. Naturalium, in quo suum de Sulmonensi Poeta iudicium declarat: ergo insularum modo eminent montes, & sparsas Cycladas argent, ut ait ille Poetarum ingeniosissimus egregie; sicut illud pro magnitudine rei dixit:

*Omnia pontus erant, deerant quoque litora ponto.  
Nisi tantum impetum ingenii, & materiae ad  
pueriles ineptias reduxisset,*

*Nat lupus inter oves, fulvos. vebit unda leones.  
Non est res satis sobria lascivire devorato orbe  
terrarum &c.*

Qui sic Moecenatem, & Ovidium depinxerit, & quid Romanae eloquentiae nocuerint, vel nocere potuerint, ostenderit; qui Ciceronem ut ejusdem eloquentiae parentem laudaverit; ut plenum optimo gustui testimonium daret, quid deerat, nisi ut Virgilium Latine poeseos principem probaret? Fecit id quoque, & quanti hunc Poetam faceret, non uno in loco nos docuit. Lege, Clementine, Epist. 108. qua docet, quomodo Philosophorum libri sint legendi. Multa in ea divina, sed illud ad rem nostram maxime accommodatum; quod ineptos lectores

exa-

exagitans, ait: itaque quae Philosophia fuit, facta Philologia est; multum autem ad rem pertinet, quo proposito, ad quam rem accedas. Mox allato illo Virgilii  
... fugit irreparabile tempus.

Docet quid in hoc Grammaticus quid Philosophus soleat, & debeat observare. Accedamus igitur ad lectionem Poetarum non tantum ut Grammatici, sed etiam ut Philosophi; statim videbimus, ut de aliis nunc taceam, quantum Martialis Catullo antister, & quantum distent aera lupinis. Non negamus, Senecae stilum nimio interdum acumine, & sententiis scintillare; sed qui animadvertunt, Stoicum celeberrimum Senecam fuisse, si quid hoc vitii est, non ab ejus gente, sed a secta fuisse vident; & certe, cum acutissimae, & spinosissimae huic sectae totum se jam inde ab ineunte aetate dederit, & in ea semper vixerit; in Hispania autem vix paucos pueritiae annos egerit; a patria potius, quam a secta hoc illi vitium adhaesisse, quis crederet? Quod si sectae nolis esse, Romano in foro, in quo diu summa cum laude causas egit, illud contraxit. Nihil igitur ab Hispania praeter fulmineum ingenium, & generosam indolem, & naturam ad omne bonum praeclaram attulit; nisi mavis his addere praecepta eloquentiae, quae a patre jam Romae hausit, & in media Romae corruptione retinuit; & ex  
qui-

vidium. Quamquam, ut erat prudentissimus Criticus, aliter multo de hoc, atque de illo censuit; nihil, inquam, in Ovidio praeter luxuriam, & lascivientis ingenii redundantiam notavit. Quod praecipue constat ex Cap. 27. Quae est Naturalium, in quo suum de Sulmonensi Poeta iudicium declarat: ergo insularum modo eminent montes, & sparsas Cycladas argent, ut ait ille Poetarum ingeniosissimus egregie; sicut illud pro magnitudine rei dixit:

*Omnia pontus erant, deerant quoque litora ponto.  
Nisi tantum impetum ingenii, & materiae ad  
pueriles ineptias reduxisset,*

*Nat lupus inter oves, fulvos vebit unda leones.  
Non est res satis sobria lascivire devorato orbe  
terrarum &c.*

Qui sic Moecenatem, & Ovidium depinxerit, & quid Romanae eloquentiae nocuerint, vel nocere potuerint, ostenderit; qui Ciceronem ut ejusdem eloquentiae parentem laudaverit; ut plenum optimo gustui testimonium daret, quid deerat, nisi ut Virgilium Latine poeseos principem probaret? Fecit id quoque, & quanti hunc Poetam faceret, non uno in loco nos docuit. Lege, Clementine, Epist. 108. qua docet, quomodo Philosophorum libri sint legendi. Multa in ea divina, sed illud ad rem nostram maxime accommodatum; quod ineptos lectores

exa-

exagitans, ait: itaque quae Philosophia fuit, facta Philologia est; multum autem ad rem pertinet, quo proposito, ad quam rem accedas. Mox allato illo Virgilii  
... fugit irreparabile tempus.

Docet quid in hoc Grammaticus quid Philosophus soleat, & debeat observare. Accedamus igitur ad lectionem Poetarum non tantum ut Grammatici, sed etiam ut Philosophi; statim videbimus, ut de aliis nunc taceam, quantum Martialis Catullo antister, & quantum distent aera lupinis. Non negamus, Senecae stilum nimio interdum acumine, & sententiis scintillare; sed qui animadvertunt, Stoicum celeberrimum Senecam fuisse, si quid hoc vitii est, non ab ejus gente, sed a secta fuisse vident; & certe, cum acutissimae, & spinosissimae huic sectae totum se jam inde ab ineunte aetate dederit, & in ea semper vixerit; in Hispania autem vix paucos pueritiae annos egerit; a patria potius, quam a secta hoc illi vitium adhaesisse, quis crederet? Quod si sectae nolis esse, Romano in foro, in quo diu summa cum laude causas egit, illud contraxit. Nihil igitur ab Hispania praeter fulmineum ingenium, & generosam indolem, & naturam ad omne bonum praeclaram attulit; nisi mavis his addere praecepta eloquentiae, quae a patre jam Romae hausit, & in media Romae corruptione retinuit; & ex  
qui-

quibus de vetere, & nova eloquentia optime iudicavit. Itaque non inter illius, ut vultis, corruptores, sed inter praecipuos sustentatores, & reformatores est suo jure reponendus.

Extremam institutae ab Hispanis reformationi manum imposuit Marcus Fabius Quintilianus, quem in hunc finem Galba, ex Hispania redux, Romam secum attulit. Ac primum viva voce in foro, ubi Hispano more omnium plausu causas tractavit, tum in schola, in qua Juventutem Romanam per annos viginti excoluit, & ad Hispanae eloquentiae normam formavit; denique in immortalibus Orationum institutionum libris illa, quae in foro, & schola docuerat, digessit, & explicuit, & ut veram eloquentiae formam Roma haberet, in quam inspiceret, vulgavit. Et quidem exemplum, quod in foro praebuit Quintilianus verosimile est, jam tum multos ex Romanis imitari coepisse; ex ejus autem Schola, tamquam ex Equo Trojano, maximos prodiisse viros, & literarum amantissimos heroes, Nicolaus Funcius tradit; institutionum vero libros, & tum Roma, & tota Italia; & nunc erudita, quam late patet, Europa, ut optimum eloquentiae exemplar, accepit; ut vere Valla scripserit: *Neque unquam fuisse quemquam eloquentem post Quintilianum, nec esse posse,*  
ni-

*nisi qui se totum arti ejus formandum, imitatione tradiderit.* Lib. I. Antidori in Poggium. Haec optime norat Cl. Tiraboschius, cum suum de Hispania corruptrice systema cuderet; & cum aliam viam non inveniret, ad Hispani hujus auctoritatem amoliendam, eo confugit, ut Quintilianum Hispanis eripere, & Romanum facere conaretur. Inani sane conatu; & quem vel sola Eusebii, Ausonii, & Cassiodori auctoritas facile elidit: scribebant enim hi auctores primus in Oriente, alter in Gallia, tertius in Italia; & omnes tres asseveranter Hispanum vocant Quintilianum; ut quivis videat eo tempore veram Quintiliani patriam toto orbe Romano fuisse notissimam, neque ullis nebulis obscurabilem.

Reliqui fere Hispani ut Columella, Mela, Silius, Martialis, similiter ut isti, Ciceronis, Virgilii, & veteris eloquentiae vel laudatores, vel imitatores fuerunt. Non igitur ex vero veteris Hispaniae effigiem Cl. Tiraboschius dedit, cum illam pro sustentatrice, & reformatrice Romanae eloquentiae corruptricem depinxit. Quare, quod ais, te non poenitere, ejus aetatis esse in qua multa ex hujus Cl. Auctoris historia literaria possis addiscere, laudo ego quidem, & vehementer probo; imo, vel inde mihi persuadeo, fore, ut neque te poeniteat, ejus quoque esse

esse aetatis in qua non pauca, quae ex illa historia didiceras, possis ex hac nostra epitola didicere. Ac in primis pro Tiraboschiana Hispaniae effigie, qua nihil dissimilius huic Romanarum artium conservatrici provinciae fingi potuit, subitices, si me audis, hanc illi perquam simillimam:

*Nondum Romulae perierunt funditus artes;*

*Quae Tibris olim habuit tempora, Boetis habet.*

Sic est, Clementine, aetas illa literarii gustus aurea jam Romae desierat, & in deterius metallum degeneraverat; manebat tamen in Hispania, neque quidquam, aut certe parum de suo splendore amiserat: ut non immerito hoc saeculum Romae argenteum, aureum Hispaniae dici posset. Nec injuria sub effigie Hispaniae Cesareae hoc in nostro Hispano Musaeo epigramma legitur.

*Quae Varro vixit, Romae sunt aurea saecula;*

*Cur non sint, vixit quaeis Columella, mihi?*

Nec putes, unum fuisse tum in Hispania Columellam; tota Provincia Latinissime, & incorruptissime loquebatur; adeo ut illam sermonis integritatem, & puritatem, quam in libris Columellae admirantur eruditi, non aliunde, quam ab agricolis, & rusticis Boeticae suae didicerit. Id quod nos sub ejus effigie sic adnotabamus:

*Cur*

*Cur hunc miraris? nostri sic rure loquuntur,*

*Qualiter urbanus vix solet Urbe loqui.*

Tale, inquam, erat hoc saeculum Hispanis, non quale in historia literaria describitur. Quare, dimitte, si sapis, Clementine, novas historias literarias; dimitte nova lexica erudita, veros hodierni *superficialismi* fontes, & ad id potius, ne multos commemorem, Latinum Pacarum in Panegyrico Theodosii, in quo veram Hispaniae imaginem suis coloribus depictam invenies. *Primum*, inquit, Theodosium alloquens, *Tibi mater Hispania est; terris omnibus terra felicior, cui excolendae, atque adeo dicendae impensius quam caeteris Gentibus supremus ille rerum fabricator indulxit: quae nec Austrinis obnoxia aestibus, nec Arctois subiecta frigoribus, media fovetur axis utriusque temperie: quae hinc Pyrenaeis montibus, illinc Oceani aestibus, inde Tyrrheni maris litoribus coronata naturae soleris ingenio, velut alter Orbis includitur. Adde tot egregias Civitates; adde culta, incultaque omnia vel fructibus plena, vel gregibus: adde auriferorum opes fluminum: adde radiantium metalla gemmarum. Scio fabulas poetarum, auribus mulcendis repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuisse miracula, quae, ut sint vera, sunt singula. Nec jam excutio veritatem. Sint, ut scribitur, Gargara proventu laeta triticeo, Mevania memore-*

*Cur*

tur armento, Campania censeatur monte Gaurano,  
Lydia praedicerur amne Pactolo; dum Hispaniae  
uni quidquid ubique laudatur, assurgat. Haec  
durissimos milites, haec experiensissimos Duces,  
haec facundissimos Oratores, haec clarissimos Va-  
tes parit. Haec Judicum mater, haec Principum  
est. Haec Trajanum illum, haec deinceps Adria-  
num misit Imperio, huic te debet Imperium. Ce-  
dat bis terris Terra Cretensis, parvi Jovis glo-  
riata cunabulis, & geminis Delos repeata Numi-  
nibus, & alumno Hercule nobiles Thebae. Fi-  
dem constare nescimus auditis, Deum dedit Hispa-  
nia, quem videmus. Haec habui, Clementine,  
quae responderem politissimae tuae epistolae;  
non expolita illa quidem, & limata, neque enim  
id fieri poterat, cum intra unum mensem ea  
scripserim, quo citius votis tuis satisfacerem: quare


*Da veniam subitis; non displicuisse mererur,*

*Vannetti, properat, qui placuisse tibi.*

Sed qualiacumque tamen erunt, ostendent, ut  
mihi quidem videtur, causam Martialis non esse  
ita implicatam, ut tibi videbatur; atque adeo fie-  
ri posse, ut si de Seneca, & Lucano, cum plus  
otii nobis erit, similiter inter nos differamus,  
triplex haec quaestio eo in lumine collocetur,  
in quo antea non fuerat; quod Academiae no-  
strae Roboretanae nonnullam fortasse gloriam  
attulerit. Amicitia vero nostra, quam tu vere-  
ba-

bare, ne quid detrimenti ex hac concertatio-  
ne caperet, tantum abest, ut sit imminuta, ut  
mihi etiam aucta esse videatur: sic ut nondu-  
bitem epistolam meam hoc claudere epigram-  
mate.

*Dum sic Serranus, dum sic Vannetius inter  
Se certant, victrix plaudis amicitia. Vale.*





## ERRATA

## CORRIGE.

Pag. 17	lin. 22	quae	quid
p. 18 l. 2		Heigneti	Heineccius
p. 18 l. 9		hoc	haec
p. 18 l. 18		numquam	nunquam
p. 24 l. 10		oprime	optime
p. 28 l. 2		ammitteret	amitteret
p. 36 l. 15		Sic se	Sic in se
p. 37 l. 7		judicabat	indicabat
p. 45 l. 2		veritatis	veritatem
p. 53 l. 22		eruditos, & eruditos	eruditos, & criticos
p. 54 l. 25		Italis	Itali
p. 55 l. 14		ab Heroaldo	a Beroaldo
p. 58 l. 23		eum	cum
p. 73 l. 4		afferam	afferam
p. 76 l. 22		reponunto	reponuntor
p. 98 l. 5		praescripto	praescripto
p. 99 l. 7		ommitte	omite
p. 99 l. 26		dexteritas	dexteritas
p. 100 l. 5		historiae	historia
p. 101 l. 1		qui	quid
p. 107 l. 12		caepit	coepit
p. 108 l. 1		quae huic sermonis	ea tamen scribit, quae huic sermonis
p. 109 l. 8		genius	genitus
p. 171 l. 15		pnros	puros

p.

p. 146 l. 4	clarissimis	clarissimis
p. 156 l. 23	allos	alios
p. 158 l. 16	gessissent	gessissent
p. 160 l. 16	tibi	sibi
p. 123 l. 11	videtr	videtur
p. 193 l. 11	radditum	redditum
p. 179 l. 3	Catullianis; ausus est	Carullianis ausus est
p. 187 l. 16	quare	cur
p. 218 l. 22	Latine	Latinae

---

*Die 8. Sept. 1776.*

**I M P R I M A T U R**

*Fr. Vincentius Ludovicus Pavoni Inquisitor,*

*Die 17. Sept. 1776.*

**I M P R I M A T U R**

*Cyrillus Antonini Vicarius Gen.*